idem ipse es:⁊ anni tui non deficient. Gr.
Uiderunt oīs fines terre salutare dei nr̃i:
iubilate deo oīs terra. V. Notũ fecit dñs sa
lutare suũ ante cōspectũ gentiũ reuelauit
iusticiã suã. Alla. V. Dies sanctificatꝰ illu
xit nobis:venite gētes ⁊ adorate dñm:qr ho
die descēdit lux magna sup trã. Seqntia.

Celeste organũ:hodie sonuit in terra
Ad partum virginis superũ cecinit
caterua. Quid facis hũana turba: cur non
gaudes cum supera. Uigilat pastorũ cu-
ra vox auditur angelica. Cãtabant inclita
carmina:plena pace et gloria. Ad xpm refe
runt ꝓpria nobis canunt ex grã. Nec cun
ctorum sunt hec dona :sed mens quorum
erit bona. Nec sunt absolute data: sed decē
ter sunt prolata. Affectus deserant vicia et
sic nobis pax est illa:qr bonis est promissa
Junguntur superis terrea : ob hoc quidē
laus est iuncta:sed decēter fit diuisa. Gau-
de hõ:cum perpēdis talia. Gaude caro:fa-
cta verbi socia. Iste V. ter dicat. Nunciãt
eius ortũ sydera:lucis per indicia. Ineunt
duces gregũ lumina:bethleē vsq preuia
Inuenitur rex celorum : inter animalia.
Arto iacet in presepe:rex qui cingit omnia
Stella maris:quem tu paris: colit hũc ec-
clesia. Ipsi nostra:per te pia placeant serui
tia. Resonent cuncta redempta.

¶ Initiũ sancti euãgelii scdm iohãnē. i.

In principio erat verbũ et verbum
erat apud deũ: et deus erat verbum
Hoc erat in principio:apud deum. Omīa
per ipsum facta sunt: et sine ipso factũ est
nichil. Quod factum est in ipo vita erat:⁊
vita erat lux hominũ. Et lux in tenebris lu
cet : et tenebre eam nō comprehenderunt.
Fuit homo missus a deo: cui nomē erat io
hannes. Hic venit ĩ testimoniũ vt testimo-
nium perhiberet de lumine : vt omnes cre
derent per illum. Non erat ille lux : sed vt
testimonium perhiberet de lumine. Erat
lux vera que illuminat omnē hominē ve-
nientem in hunc mundũ. In mundo erat
⁊ mundus p ipm factus est:et mundus eũ
non cognouit. In propria venit : et sui eũ
non receperunt. Quotquot autem recepe
runt eum:dedit eis potestatē filios dei fie-
ri:his qui credunt in nomīe eius. Qui non
ex sanguinibus : neq ex voluntate carnis:
neq ex voluntate viri:sed ex deo nati sunt.
Et verbum caro factum est : et habitauit ĩ
nobis. Et vidimus gloriã eius:gloriã qua
si vnigeniti a patre:plenũ grẽ et veritatis.
Offr. Tui sunt celi et tua est terra orbem
terrarũ ⁊ plenitudinē eius tu fũdasti:iusti-
cia et iudiciũ ꝑparatio sedis tue. Secreta.

Oblata dñe munera noua vnigeniti
tui natiuitate sãctifica : nos a pctõrũ
nostrorum maculis clementer emunda.
Per eundē. Cõio. Uiderunt oēs fines ter-
re salutare dei nostri. Postcõmunio.

Presta qsumus omps deus: vt natꝰ
hodie saluator mundi: sicut diuine
nobis generationis est auctor:ita et imor-
talitatis sit ipse largitor. Qui tecum vi.

¶ In die .s. stephani. Ad missam Officiũ.

Etenim sederunt principes et aduer-
sum me loquebantur: et iniqui per
secuti sunt me:adiuua me dñe deus meus
quia seruus tuus exercebatur in tuis iusti-
ficationibus. Ps. Beati immaculati in via
qui ambulant in lege domini. Oratio.

Da nobis qs dñe imitari qd colimus
vt discamus et inimicos diligere : qr
eius natalicia celebramus qui nouit etiã
pro persecutoribus exorare dñm nostrũ
iesum xpm filium tuum. Qui tecum vi.

Memoria de natiuitate tantum. Ep[ist]a.
¶ Lectio actuum apostolorum. vi. vii.
In diebus illis. Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat p[ro]digia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga: que appellabatur libertinorum et cyrenensium: et alexandrinorum: et eorum qui erant a cilicia et asia: disputantes cum stephano et non poterant resistere sapientie et spiritui qui loquebatur. Audientes autem hec: dissecabantur cordibus suis et stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto: intendens in celum vidit gloriam dei: et iesum stantem a dextris virtutis dei et ait. Ecce video celos apertos: et filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna: continuerunt aures suas: et impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem: lapidabant Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum: inuocantem et dicentem. Domine iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus: clamauit voce magna dicens. Domine: ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset: obdormiuit in d[omi]no. Gr. Sederunt principes et aduersum me loquebantur: et iniqui persecuti sunt me. V. Adiuua me d[omi]ne deus meus saluum me fac p[ro]pter mi[sericordi]am tuam. Alleluya V. Uideo celos apertos: et iesum stantem a dextris virtutis dei. Sequentia.
Magnus deus in vniuersa terra. Magna sunt eius vbique o[mn]ia in celo atque in terra opera. Qui est rex regum d[omi]n[u]s o[mn]i[u]m a patre genitus ante secula. Cuius caritas vera: celo subleuat stephanum de terra. Atque perenni vita: ornat candida/digniter corona. Plenus etenim stephanus: deitate atque gratia. Magna dabat prodigia: doce[n]s verissima dogmata. Cum aute[m] predicaret iam p[rese]ntia. Nostre redemptionis noua gaudia. Intento in superna: celi patet ianua. Dixitque circunstanti plebi: voce publica. Sacra plenus gratia. Ecce video admirabilem gloriam. Claritate fulgida. Atque iesum stantem: in virtutis dei dextera. Cum hoc audisset: impia gens iudaica. D[e]n[t]es fremitum co[n]cita. Quassat lapidibus stephani membra. Sed stat fortiter patiens martyr et orat. Ne his christe noxam statuas. Sed iam accipe animam meam. Et cum dixisset: in domino obdormiuit pace eterna. Tu et nobis martyr o stephane: sempiterna impetra gaudia. Iste vltimus versus d[icitu]r trina vice in hoc festo: et in inuentione eiusdem. Sec[undu]m matheum. xxiii.
In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum: et principibus sacerdotu[m] Ecce ego mitto ad vos p[ro]phetas et sapientes et scribas: et ex illis occidetis et crucifigetis: et ex eis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequimini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos o[mn]is sanguis iustus: qui effusus est super terra[m]: a sanguine abel iusti: vsque ad sanguinem zacharie filii barachie: quem occidistis i[n]ter templu[m] et altare. Amen dico vobis: venie[n]t hec omnia super generatione[m] istam. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas: et lapidas eos qui ad te missi sunt. quotiens volui co[n]gregare filios tuos: que[m]admodu[m] gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico e[ni]m vobis: no[n] me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine d[omi]ni. Credo. Offr. Elegerunt apostoli stephanu[m] leuita[m] plenu[m] fide et sp[irit]u s[an]cto que[m] lapidauerunt iudei ora[n]te[m] et dice[n]te[m]: d[omi]ne iesu accipe sp[iritu]m meu[m] all[elui]a Secreta
Suscipe d[omi]ne q[uesumu]s munera p[ro] co[m]memoratione martyris tui stephani: vt sicut illum passio fecit gloriosum: ita nos deuotio reddat innocuos. Per d[omi]n[u]m. Co[mmun]io. Uideo celos apertos et iesum stante[m] a dextris virtutis dei: domi[n]e iesu accipe spiritu[m] meum: et ne statuas illis hoc peccatum: q[ui]a nesciunt quid faciunt. Postco[m]munio.
Auxilientur nobis domi[n]e sumpta misteria: et intercedente beato stephano prothomartyre tuo sempiterna p[ro]tectione confirme[n]t. Per d[omi]n[u]m nostrum.
¶ In die sancti iohannis euangel[iste]. Offi[cium].
In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus: stola glorie induit eum. In tempore paschali. Alleluya alle-

luya. ps. Iocunditatem et exultationez
thesaurizauit super eum. Oratio.
Ecclesiam tuam q̄sumus domine be
nignus illustra: vt beati iohannis
apl'i tui et euāgeliste illuminata doctrinis
ad dona perueniat sempiterna. Per dn̄m.
Memoria de nati. ⁊ de scō stephāo tantuz
¶ Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xv.
Qui timet deuz: faciet bona. Et qui
continens est iusticie apprehendet
illam: et obuiabit illi quasi mater honori
ficata. Cibauit illuz pane vite et intellect⁹
⁊ aqua sapientie salutaris potabit illū. Et
firmabitur in illo et nō flectetur: et cōtine
bit illū et nō confundetur: et exaltabit illuz
apud proximos suos. In medio ecclesie a
periet os eius: et implebit eum dn̄s spū sa
pientie ⁊ intellectus: et stola glorie induet
eum. Iocunditatē et exultationē: thesauri
zabit super eum. Et nomie eterno heredi
tabit illum: dominus deus noster. Gr.
Exiit sermo inter fratres: q̄ discipulus ille
nō moritur. V. Sed sic eū volo manere do
nec veniā: tu me sequere. Alla. V. Hic est di
scipulus ille qui testimoniū phibet de his
⁊ scim⁹ q: verū ē testimoniū ei⁹ Seq̄ntia.
Iohannes iesu xpo: multum dilecte
virgo. Tu eius amore carnalez In
naue parentē liquisti. Tu lene cōiugis pe
ctus respuisti: messiā secutus. Ut eius pec
toris sacra: meruisses flueta potare. Tuq̄
in terra positus: gloriam cōspexisti filii dei
Que solum sctis in vita creditur contuen
da esse perenni. Te xps in cruce triūphās:
matri sue dedit custodem. Ut virgo virgi
nem seruares: atq̄ curam suppeditares.
Tute carcere flagrisq̄ fractus testimonio
pro xpi es gauisus. Idem mortuos susci
tas: inq̄ iesu nomie: venenum forte vincis.
Tibi summus tacitum: ceteris verbū suū
pater reuelat. Tu nos omnes precibus se
dulis: apud deum semper cōmēda. Iohā
nes iesu care. Iste vltimus vsus ter dica
tur in hoc festo tantum. Euangelium.
¶ Secundum iohannem. xxi.
In illo tēpore Dixit iesus petro. Se
quere me. Cōuersus petrus: vidit il
lum discipulum quem diligebat iesus se
quentē: qui ⁊ recubuit in cena super pect⁹
eius: ⁊ dixit. Dn̄e quis ē qui tradet te: Hūc
ergo cū vidisset petrus: dixit iesu. Dn̄e: hic
autez quid: Dicit ei iesus. Sic eum volo
manere donec veniā. Quid ad te: Tu me
sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres
q: discipulus ille nō moritur. Et non dixit
ei iesus q: nō moritur: sed sic euz volo ma
nere: donec veniā: q̄d ad te: Hic est discipu
lus ille qui testimoniuz perhibet de his: et
scripsit hec. Et scimus q: verū est testimo
niuz eius. Credo. Offr. Iustus vt palma
florebit: sicut cedrus q̄ in libano est multi
plicabit. In tp̄e paschali. Alla. Secreta.
Suscipe munera q̄s dn̄e: que in eius
tibi solennitate deferimus: cui⁹ nos
cōfidimus patrocinio liberari. Per dn̄m.
Cōio. Exiit sermo iter fratres q̄ discipul⁹
ille nō morit: ⁊ nō dixit iesus non moritur
sed sic eum volo manere donec veniā. In
tp̄e paschali. Allelulya. Postcō.
Refecti cibo potuq̄ celesti de⁹ noster:
te supplices oramus: vt in cuius hec
commemoratione percepimus: eius mu
niamur et precibus. Per dominum nr̄m.
¶ In die sanctorum innocentium marty
rum. Ad missam. Officium
Ex ore infantium deus et lacten
tiū perfecisti laudem pp̄ter ini
micos tuos. ps. Dn̄e dn̄s no
ster: q̄ admirabile est nomen
tuum in vniuersa terra. Oratio
Deus cuius hodierna die preconiuz
innocentes martyres nō loquendo
sed moriendo confessi sunt: oīa in nobis vi
ciorum mala mortifica: vt fidem tuam
quam lingua nostra loquitur: etiam mori
bus vita fateatur. Qui cuz deo patre. Me
moria de nati. de sancto stephano: de sancto
iohanne tantum. ¶ Lectio libri apocalyp
sis beati iohannis apostoli. xiiii
In diebus illis. Uidi supra mōtem
syon agnū stantē et cum eo centum
quadraginta quattuor milia habentes no
men eius: ⁊ nomen patris eius scriptum i
frōtibus suis. Et audiui vocem de celo: tā
q̄ vocē aquarum multarum ⁊ tanq̄ vocē
tonitrui magni. Et vocē quā audiui sicut
cytharedorū cytharizātiū in cytharis suis
Et cantabant quasi canticū nouū: ante se

dem dei: et ante quattuoꝛ aīalia ꝛ senioꝛes et nemo poterat dicere canticū: nisi illa centum quadraginta quattuoꝛ milia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati: virgines eīn sūt Hi sequunt agnum: quocunqꝫ ierit. Hi empti sunt: ex oībus pꝛimitie deo ꝛ agno: ꝛ in oꝛe ipsoꝝ nō est inuentum mēdaciū. Sine macula enim sunt: ante thꝛonuꝫ dei. Gr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est: ꝛ nos liberati sumus. Adiutoꝛium nostrum in nomine domini: qui fecit celuꝫ ꝛ terram. Alla. ℣. Te martyrum candidat⁹ laudat exercitus domine. Sequentia.

Celsa pueri cōcrepent melodia. Pia innocentiū canētes tripudia. Quos infans chꝛistus hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frendens insania. Herodiane fraudis ob nulla crimina. In bethleem ipsius cuncta et per confinia. A bimatu ꝛ infra: iuxta nascendi tempoꝛa. Herodes rex: chꝛisti nati/ verens infelix imperia. Infremit totus et erigit arma superba dextera. Querit lucis et celi regem: cum mente turbida. Ut extinguat qui vitaꝫ pꝛestat p sua iacula. Dum non valent intueri: lucē splēdidam: nebulosa querentis pectoꝛa. Ira feruet: fraudes auget/ herodes seuus: vt pdat pioꝛum agmina. Castra militūꝫ dux iniquus aggregat ferrum figit in mēbꝛa tenera. Inter vbera lac effudit: anteqꝫ sanguinis fierent coagula. Hostis nature natos euiscerat: atqꝫ iugulat. Ante psternit: qꝫ etas paruula sumat roboꝛa. Quem beata: sunt innocentum ab herode ccsa coꝛpuscula. Quam felices existūt matres: que fuderunt talia pignoꝛa. O dulces innocētum acies: o pia lactentum pꝛo xpo certamina. Paruoꝛum trucidant milia membꝛis ex teneris: manant lactis flumina. Ciues angelici: veniunt in obuiam. Mira victoꝛia: vite captat pꝛemia: turba candidissima. Te chꝛiste petimus: mēte deuotissima. Nostra qui venisti: refoꝛmare secula/ innocentū gloꝛia. Perfrui nos cōcedas p eterna. ¶ Scdm matheum ii.

In illo tempoꝛe. Angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens. Surge et accipe puerū et matrem eius: et fuge in egyptum: ꝛ estote ibi: vsqꝫ dum dicam tibi. Futurū est eī vt herodes querat puerum ad perdendū eū. Qui consurgēs accepit puerū ꝛ matrē eius nocte: ꝛ secessit in egyptum: et erat ibi vsqꝫ ad obitum herodis: vt adiplerē qđ dictū est a dn̄o: p pphetā dicenteꝫ. Ex egypto vocaui filium meū. Tunc herodes videns qm̄ illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittēs occidit omnes pueros qui erant in bethleē ꝛ in oībus finibus eius: a bimatu ꝛ infra: secundum tempus qđ exquisierat a magis. Tunc adimpletum est quod dictum est p hieremiam pphetā dicentē. Vox in rama audita est ploꝛatus et vlulatus multus: rachel ploꝛās filios suos: ꝛ noluit cōsolari qꝛ non sunt. Credo. Offr. Aīa nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū: laqus cōtritus est ꝛ nos liberati sum⁹. Secreta.

Adesto qs dn̄e muneribus innocentum festiuitate sacrandis: et pꝛesta vt eoꝝ sinceritatē possimus imitari: quoꝝ tibi dicatā veneramur infantiam. Per dominum. Cōio. Vox ī rama audita est ploratus et vlulatus: rachel ploꝛans filios suos ꝛ noluit cōsolari qꝛ nō sunt. Postcōio.

Uotiua dn̄e dona percepimus que sanctoꝛum innocentiū nobis pꝛecibus: et pꝛesentis vite quesumus: pariter ꝛ eterne tribue conferre subsidium. Per dominum. ¶ In die sancti thome martyris

Ad missam. Officium.

Gaudeamus omēs in dn̄o diē festum celebꝛātes sub honoꝛe thome martyꝛis de cuius passione gaudent angeli ꝛ collaudant filium dei. Ps. Exaudi deus oꝛationem meam cum depꝛecoꝛ: a timoꝛe inimici eripe animam meam. Oꝛatio.

Deus p cuius ecclesia gloꝛiosus pōtifex thomas gladiis impioꝛum occubuit: psta qs: vt oēs qui eius imploꝛant auxiliū petitionis sue salutarē cōsequātur effectuꝫ. Per do. Meoꝛia de nati. de sācto stephano. de sctō iohanne. ꝛ de innocētib⁹ tm̄. Epla. Oīs pōtifex. In cōi fol. Gr. Posuisti dn̄e sup caput ei⁹ coꝛonā de lapide pcioso. ℣. Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei et

voluntate labiorum eius nõ fraudasti eũ Alleluya. Vſ. Gloria ⁊ honore coronasti eum domine. Sequentia.

SOlenne cãticũ: hodie resonet in terra. Ad almã martyris: exultet superum caterua. Quid facis turba iocunda: gratulare cum supera. Iubilet mens leta bũda: psallat xp̃o vox libera. Colebat festa dñica deuota cãtuaria. Intonat iussa tirãnica turbulẽta militia. Dirige leges ⁊ mãdata insolerter sunt ꝓlata. Loca xp̃o cõsecrata: prophanauit vis armata. Sed xp̃i sic in vestigio stabãt thome pedes recti: vt neq̃rẽt inde flecti. In sui regis obsequio: arbitratꝰ lucrum mori: caput offert percussori. Iste sequens versus ter dicatur. Gaude thoma: de cuius victoria. Ortus xp̃i cumulantur gaudia. Martyris declarat gloria: crebra per indicia. Curantur per eius suffragia: languidorum milia. Trucidat flos pastorũ inter sanctuaria. Nec diei nec locorum: obstat reuerentia. Stella maris q̃ letaris: te lactasse filiũ. Nunc precamur assequamur: vt thome consortium. Eius prece gliosa. Euangelium. Homo quidaꝫ nobilis. In cõi folio .iiii. Credo. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronã de lapide ꝓcioso. vitã petiit a te tribuisti ei alla. Secr.

SAlutaris hostie munꝰ sacrandum q̃s dñe beatꝰ thomas põtifex ⁊ martyr nobis ad salutem fore deposcat: vt ⁊ cõuersationis eius experiamur insignia: ⁊ intercessionis eiꝰ ꝑcipiamus suffragia. Per. Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriã ⁊ magnũ decorem impones super eum domine. Postcõio.

ADiuuet nos oĩps et misericors deꝰ: ꝑ hec sctã q̃ sumpsimꝰ beati martyris tui atq̧ põtificis thome intercessio venerãda: q̃ ꝓ tui nois honore glioso meruit coronari martyrio. Per dñm. Sexta die a nat. dñi siue dñica fuerit siue nõ. Ad missã

DUm mediũ silentium Offiñ. tenerent oĩa et nox in suo cursu mediũ iter haberet: omnipotẽs sermo tuꝰ dñe: de celis a regalibus sedibus venit. ꝓs. Dñs regnauit decorem indutus: indutus est dñs fortitudinẽ ⁊ precinxit se. Repetat offiñ. Deinde dicat Gloria patri. et Sicut erat. Tertio repetatur officium. Kyriel. Gloria in excelsis. Sanctus. et Agnus. sicut in festo simplici ix. lec. dicitur hac die siue dominica fuerit siue non. Oratio.

OMĩps sempiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt ĩ noĩe dilecti filii tui: mereamur bonis operibus abundare. Qui tecũ viuit. Mẽoria de nat. de sctõ stephano. de sctõ iohãne. de innocẽtibꝰ. ⁊ de sctõ thoma tm̃. Ad galathas .iiii.

FRatres. Quanto tp̃e heres paruulus est: nihil differt a seruo cum sit dñs oĩm: sed sub tutoribus et actoribus ẽ: vsq̧ ad prefinitũ tẽpus a patre. Ita ⁊ nos cum essemus paruuli: sub elementis mũdi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis: misit deus filium suuꝫ natũ ex muliere factũ sub lege vt eos q̃ sub lege erant redimeret: vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Qm̃ autẽ estis filii dei: misit deus sp̃m filii sui in corda vestra: clamãtẽ abba pater. Itaq̧ iam nõ est seruus: sed filius. Quod si filiꝰ ⁊ heres ꝑ deũ. Gr. Speciosus forma pre filiis hoĩꝫ: diffusa est gratia in labiis tuis. V. Eructauit cor meũ verbũ bonum: dico ego oꝑa mea regi. lingua mea calamus scribe velociter scribẽtis. Alleluya. V. Dñs regnauit decorem ĩduit: induit dñs fortitudinẽ: et precĩxit se virtute. Hac die semper siue dominica fuerit siue non / dicitur ista sequentia.

CHristi hodierna: celebremus natalicia. Celica resonent: clare camenas agmina. Nunc regis celebrando gratulãter nuptias. Lux noua iaꝫ terras illustrat veteres pellẽs tenebras. Reserat superna gratia diu clausa palatia. Felix mater: ⁊ sola intacta virgo ⁊ puerpera. Iã nato stas grauida: cum viri sis cubilis nescia. Ois caterua nostra: te rogat dña. Soluas quo nostra cũcta peccaminum vincula: virgo sempiterne beata. Digna fuisti sola: tollentẽ crimina. Intra tui vteri claustra portare: q̃ gubernat oĩa supera: infera. Hũc sua laudant facta: gaudentes bona / qua viuũt super essẽtia. Nos humillima turba damꝰ debita: poscentes eius clementiaꝫ. Ut nostras prestans tẽpora: nũc quietet det pla-

cita frui vita: vtilia donādo famulis munera. Ac inter nos discrimina seua soluēs post funera derelicta: sedē ducat mortis ac malorū ignarā. Ubi ad dexterā patris almam sedet conreguans coeternus per oīa Potenter cuncta disponēdo cum eo: secla presentia et futura. Beata iustis donās: oībus premia. Preclara: qua lux vere micat que est salus eterna et nostra gloria.

Secundum Lucam. ii.

In illo tempore. Erant ioseph et maria mater iesu: mirātes super his q̄ dicebātur de illo. Et benedixit illis symeō et dixit ad mariā matrē eius. Ecce hic positus est in ruinā et in resurrectionē multorum in israel: et in signū cui cōtradicet. Et tuā ipsius aīam pertrāsibit gladius: vt reuelent ex multis cordib⁹ cogitatiōes. Et erat anna prophetissa filia phanuel de tribu aser. Hec processerat in diebus multis: et vixerat cū viro suo ānis septē a vginitate sua. Et hec vidua erat vsq₃ ad annos octoginta quattuor: que nō discedebat de tēplo ieiuniis et obsecrationib⁹ seruiens die ac nocte. Et hec ipsa hora superueniens cōfitebatur dn̄o: et loquebatur de illo oībus qui expectabāt redemptionē israel. Et vt perfecerunt oīa scd̄m legem dn̄i: reuersi sunt in galileam in ciuitatem suam nazareth. Puer autē crescebat et cōfortabatur plen⁹ sapientia. Et gratia dei erat in illo. Credo Offr. Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Accepta domine q̄s sacrificium plebis tue: quā iesu christi filii tui dn̄i nostri iubeas esse consortē: qui humanitatis nostre dignatus est fieri pticeps. Qui tecum. Cōio. Tolle puerum et matrē ei⁹ et vade in terram iuda: defuncti sunt enim qui querebant animā pueri. Postcōio.

Sumpto sacrificio q̄s dn̄e tua generaliter exultet ecclesia: quo infirmicates eius sunt assumpte: vt diuine particeps fieret ipsa substantie. Per do. In die sancti siluestri. Officium.

Sacerdotes tui dn̄e induāt iusticiam / et sancti tui exultent: propter dauid seruū tuum nō auertas faciē xpi tui. Ps. Memēto dn̄e dauid et oīs māsuetudinis eius. Glia. Oratio.

Da q̄s ops deus: vt beati siluestri cōfessoris tui atq₃ pontificis veneranda solēnitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per. Memoria de nati. de sancto stephano. de sancto iohāne. de innocētibus. et de sācto thoma. Epla. Ecce sacerdos. In cōi folio. vii. Gr. Ecce sacerdos magnus qui ī diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alla. ℣. Inueni dauid seruum meū oleo sancto meo vnxi eum. Sequentia de cōi. Euangeliū. Homo quidam peregre. In cōi folio. viii. Offr. Inueni dauid seruū meū et in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortabit eum. Secreta.

Adesto dn̄e quesumus oblationib⁹ nostris: nec vllis mētis et corporis patiaris subiacere periculis: quos beati siluestri confessoris tui atq₃ pōtificis munit gloriosa cōfessio. Per dominum nostrū. Cōio. Beatus seruus quē cum venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis sup oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Quesumus ops deus: vt hodierne mun⁹ solennitatis acceptum: intercedente beato siluestro confessore tuo atq₃ pontifice: et corporibus nostris salutem p̄stet: et mentibus. Per dominū nostrum.

In die circūcisionis dn̄i. Officium.

Puer natus est nobis: et filius datus est nobis cuius imperiū super humerū eius: et vocabitur nomen eius magni consilii angelus. Ps. Cātate dn̄o cāticū nouum: quia mirabilia fecit. Gloria. Oratio

Deus qui nobis nati saluatoris diē celebrare cōcedis octauū: fac nos q̄s eius perpetua diuinitate muniri cuius sumus carnali cōmertio reparati Qui tecū. Nulla fiat mēoria ad hāc missā. Epla. Apparuit gr̄a dei. vt in prima missa ī die nat. dn̄i. folio. ix. Gr. Uiderunt oēs fines terre salutare dei nostri: iubilate deo oīs terra ℣. Notū fecit dn̄s salutare suū āte cōspectū gētiū reuelauit iusticiā suā. Alla. ℣. Multipharia oli de⁹ loquēs prib⁹ ī pphetis: no-

nissim: dieb' istis: locut' ē nobis i filio suo
Eya recolam' laudibus Sequentia. piis digna. Hui' diei gaudia: i qua nobis lux orit gratissima. Noctis interit nebula pereūt nostri criminis vmbracula Hodie seculo maris stella ē enixa noue salutis gaudia. Quē tremūt baratra: mors cruenta pauet ipa a quo peribit mortua. Gemit capta: pestis antiqua: coluber: liuidus: perdit spolia. Homo lapsus: ouis abducta reuocat ad eterna gaudia. Gaudēt i hac die agmia: angelorū celestia. Nā erat dragma decima pdita & est inuenta. O pples nimiū btā qua redēpta est natura. De' qui creauit oīa: nascit ex femia. Mirabilis natura mirifice induta: assumēs quod nō erat, manēs quod erat. Induitur natura diuinitas hūana: quis audiuit talia dic rogo facta: Querere venerat pastor pius qd perierat. Induit galeā: certat vt miles armatura. Prostratus in sua ppria: ruit hostis spicula auferunt tela. In quibus fidebat: diuisa sunt illi' spolia: capta preda sua Christi pugna fortissima: salus nr̄a est vera. Qui nos sūmā ad patriā: duxit post victoriā i qua sibi laus ē eterna. Scdm̄ Lu. ii
In illo tpe. Postq̄ cōsūmati sūt dies octo vt circūcideret puer: vocatū est nomen eius iesus: Quod vocatum est ab angelo priusq̄ i vtero conciperet. Credo. Offr. Tui sunt celi & tua est terra: orbē terrarū & plenitudinē ei' tu fundasti iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Secreta
Presta q̄s oīps deus: vt per hec munera q̄ dñi nostri iesu christi archane natiuitatis misterio gerimus: purificate mētis intelligentia consequamur. Per eundem. Cōio. Uiderunt omēs fines terre: salutare dei nostri. Postcōio.
Presta q̄s dñe: vt quod nostri saluatoris iterata solennitate percepim' perpetue nobis saluationis cōferat medicinam. Per eundē. ¶ In octa. scti stephani. scti iohānis: & sctōrū innocētiū: siue dñica fuerit siue nō: ad missā oīa fiant sicut in ppria die: preter sequē. et Credo. & prefatio. Et dr̄ cantus sup Kyriel. Glīa in excelsis. Sctūs. & Agnus. sicut in festo simplici. ix. lec. tm̄ si dñica fuerit dr̄ Credo. sed nulla sequentia, & etiā fiant memorie de sctīs per ordinē. Meōria aūt fiat de sancta maria i octa. sancti stephani: & abhic vsq̄ ad purifi. tam in festis q̄ in ferīis & in dñicis: nisi i vigilia epy. & i die eiusdē cū orōe Deus q̄ salutis. ¶ In vigilia epy. Ad missā Officiū.
Lux fulgebit hodie super nos: qr natus est nobis dñs, et vocabit admirabilis deus, princeps pacis, pater futuri seculi cuius regni nō erit finis. ps. Dñs regnauit decorē indutus est: indutus est dñs fortitudinē et precinxit se. Glīa. Hac die si dñica fuerit dicit cantus sup Kyrie. Gloria in ex. Sctūs et Agnus. sicut in festo simplici. ix. lec. Si vero dñica nō fuerit dr̄ cātus sicut in festo iii. lec. sine regimine chori & nō dr̄ Glīa in excels. nec Credo. nec Ite missa ē. qr quasi vigilia habetur: tm̄ diacon' et subdiacon' dalmatica & tunica vtantur. Oratio.
Corda nostra q̄s dñe venture festiuitatis splendor illustret: quo mundi huius tenebris carere valeamus, et perueniamus ad patriam claritatis eterne. Per dñm. ~~Memoria de sctō thoma~~ vts. et de sancto edwardo rege et confes. Oratio.
Deus qui vnigenitum filiū tuū dñm nostrū iesum xp̄m gloriosissimo regi edwardo i forma visibili demonstrasti tribue q̄s: vt eius meritis et precib': ad eternā ipius dñi nostri iesu xp̄i visionē ptingere mereamur. Qui tc. Nō dicūtur plures vel pauciores orōes ad hāc missā: siue dñica fuerit, siue nō. Ep̄la. Apparuit benignitas. vt s̄ in nocte nati. dñi ad scdam missā folio. ix. Gr. Bñdictus q̄ venit i noīe dñi deus dñs & illuxit nobis. v. A dño factū est istud & est mirabile i oculis nostris. Siue dñica fuerit: siue nō semp hac die dr̄ Alla. v. Dñs regnauit decorē induit: induit dñs fortitudinē et precinxit se virtute. Non dr̄ sequentia. Secundū Matheum. ii.
In illo tpe. Defūcto herode ecce angelus dñi apparuit in sōnis ioseph in egypto: dicēs. Surge & accipe puerū & matrē ei': & vade i terrā israel: defūcti sūt eni q̄ q̄rebāt aīaz pueri. Qui consurgēs accepit puerū & matrē ei': & venit i terrā israel. Audiens autem: q̄d archelaus regnaret in iu

dea p herode patre suo: timuit illo ire. Et admonitus i somnis: secessit in partes galilee: et veniens habitauit in ciuitatē: que vocatur nazareth: vt adimpleret quod dictum est per pphetas: qm nazareus vocabitur. Offr. Deus em̄ firmauit orbem terre qui non commouebit: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta

TRibue q̄s dñe vt eum presentibus immolem⁹ sacrificiis et sumam⁹ quem venture solennitat' pia munera preloquuntur: dñm nostrū iesum xp̄z filiū tuū Qui tecū. De sancto thoma. Secreta vt s. Alia secreta de sancto edwardo.

SAcris altaribus assistentes nos dñe q̄s spiritus sancti luce perfunde: vt quod tibi in honore beati regis edwardi deuote offerimus: nobis ipso interueniēte fiat remediū salutare. Per dominū. in vnitate eiusdē. Prefatio quotid. Cōio. Tolle puerū et matrē eius: et vade in terrā iuda: defuncti sunt enim qui querebant animā pueri. Postcommunio.

DA nobis q̄s dñe: digne celebrare misteriū: quod in nostris saluatoris infantia miraculis chorus cantibus declarat et corporalibus incrementis manifesta designatur humanitas. Per eundem.

Alia postcōio de sancto thoma vt s. De sācto edwardo. Postcōmunio.

VItalis alimonie conuiuio saginati q̄s dñe deus noster vt beati regis edwardi confessoris tui suffragantibus meritis: celestis conuiuii mereamur esse pticipes. Per do. ¶ In nocte epy. post. ix. R̄. cantetur hoc euangelium. Dñs vobiscum. Et cū spū tuo. Sequentia sancti euāgelii secundum Lucam. iii.

FActum est autē cum baptizaretur omnis populus: et iesu baptizato & orante apertū est celum: et descendit spūs sanctus corporali specie sicut colūba in ipz et vox de celo facta est/ tu es filius meus dilectus: in te complacuit michi: et ipse iesus erat incipiens quasi annorū. xxx. vt putabatur filius ioseph. Qui fuit heli: qui fuit mathat: qui fuit leui. Qui fuit melchi: qui fuit ianne: qui fuit ioseph. Qui fuit mathathie: qui fuit amos: qui fuit nauz. Qui fuit hesli: q̄ fuit nagge: q̄. f. mathath. Qui fuit mathathie: qui fuit semei: qui fuit ioseph. Qui fuit iuda: qui fuit iohāna: q̄ fuit resa. Qui fuit zorobabel: qui fuit salathiel qui fuit neri. Qui fuit melchi: q̄ fuit addi: qui fuit thosan. Qui fuit helmadaz: q̄ fuit her: qui fuit iesu. Qui fuit eliezer: qui fuit iorim: qui fuit mathath. Qui fuit leui: qui fuit simeō: qui fuit iuda. Qui fuit ioseph: q̄ fuit iona: q̄ fuit eliachim. Qui fuit melcha: q̄ fuit menna: qui fuit mathatha Qui fuit nathan: quid fuit dauid: qui fuit iesse. Qut fuit obeth: qui fuit booz: qui fuit salmō. Qui fuit naason: qui fuit aminadab: qui fuit aram. Qui fuit esrom: q̄ fuit phares: qui fuit iude. Qui fuit iacob: qui fuit ysaac: qui fuit abrahe. Qui fuit thare: qui fuit nachor: q̄ fuit saruch. Qui fuit ragau qui fuit phalech: q̄ fuit heber. Qui fuit sale: qui fuit chainā: qui fuit arphaxat. Qui fuit sem: q̄ fuit noe: qui fuit lamech. Qui fuit mathusale: qui fuit enoch: qui fuit iareth. Qui fuit malaleel: qui fuit chainam qui fuit enos. Qui fuit seth: q̄ fuit adam: qui fuit dei. Jesus autē plenus spūsctō: regressus est a iordane. Finito euangelio incipiat sacerdos in cappa serica. p̄s. Te deū laudamus. ¶ In die epyphanie. Ad missam. Officium.

ECce aduenit dñator dñs: et regnum i manu eius & potestas et imperiuz. p̄s. Deus iudiciū tuum rigi da: et iusticiam tuā filio regis. Glīa patri et filio et spiritui sancto. Kyrie fons. Oratio.

DEus qui hodierna die vnigenitum tuuz gentibus stella duce reuelasti: concede propicius: vt q̄ iā te ex fide cognouimus: vsq₃ ad cōtemplandā speciem tue celsitudinis perducamur. Per eundem. ¶ Lectio Isaie prophete. lx.

SUrge illuminare hierusalem qr venit lumen tuum: et gloria domini super te orta est. Qr ecce tenebre operient terram: et caligo populos. Super te autez orietur dominus: et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes

isti congregati sunt/venerūt tibi. Filii tui de longe veniēt:et filie tue de latere surgēt. Tunc videbis et afflues:et mirabitur ꝛ di latabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gētiū venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te:dromedarii madiā et effa. Omnes de saba venient:aurum ꝛ thus deferentes et laudem domino annunciantes. Gr. Omnes de saba venient aurum et thus deferentes: et laudem dn̄o annūciātes. ℣. Surge et illuminare hierusalez: q2 gloria domini sup te orta est. Alla. ℣. Uidimus stellam eius in oriente:et venimus cū muneribus adorare dominum. Sequentia.

Epyphaniā domino canamus gloriosam. Qua prolem dei vere magi adorant. Immensa caldei:cuius per secla venerantur potentiam. Quē cuncti ꝓphete:precinere venturum gētes ad saluādas. Cuius maiestas:ita est īclinata vt assumeret serui formā. Ante secula qui deus et tempora:homo factus est ex maria. Sequens ℣. dē ter. Balaā de quo vaticinans: exibit ex iacob:rutilans inqt stella. Et confringet ducū agmina regionis moab maxima potentia. Huic magi munera: deferunt preclara:aurū simul thus ꝛ mirram. Thure deum ꝓdicant:auro regē magnū: hominē mortalē mirra. In sōnis hos monet angelus ne redeant ad regē cōmotum propter regna. Pauebat eteni nimium regem natum verens amittere regni iura. Magi sibi stella micante preuia. Pergunt alacres itinera patriaz. Que eos ducebat ad propriam liquētes herodis mandata. Qui percussus corde:nimium pre ira. Extimplo mādat infantulos per cuncta. Inquiri bethleē confinia: et mox priuari eos vita. Omnis nunc caterua tinnulum iūgat:laudibus organi neuma. Mistice offerens regi regum: xp̄o munera preciosa. Poscens vt per orbem regna omnia ꝓtegat in secula sempiterna.

¶ Secundnm Matheum. ii.

Cum natus esset iesus in bethleez iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolymā/ dicētes. Ubi est qui natus est rex iudeoruz: Uidimus enī stellā eius in oriente:et venimus adorare eum. Audiēs autem herodes rex turbatus est:ꝛ omis hierosolima cum illo Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi sciscitabatur ab eis vbi xp̄s nascereꝰ. At illi dixerūt ei. In bethleem iude. Sic enī scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda nequaꝗ̄ minima es in pricipibus iuda. Ex te enī exiet dux:q̄ regat populū meū israel. Tūc herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis Et mittens illos in bethleem:dixit. Ite et interrogate diligenter de puero:et cum inueneritis renūciate michi: vt ꝛ ego veniēs adorē eum. Qui cum audissent regē abierunt. Et ecce stella quā viderant in oriente antecedebat eos: vsqꝫ dum veniens staret supra vbi erat puer. Uidentes autē stellā: gauisi sunt gaudio magno valde. Et itrātes domū:inuenerunt puerū cū maria matre eius:ꝛ ꝓcidentes adorauerunt eum: et apertis thesauris suis:obtulerūt ei munera/ aurū/thus/ꝛ mirrā. Et respōso accepto in sōnis:ne redirēt ad herodē:ꝑ aliā viā reuersi sunt i regionē suā. Offr. Reges tharsis et insule munera offerēt: reges arabum et saba dona adducent. et adorabunt eū oēs reges terre:oēs gentes seruiēt ei. Secreta.

Ecclesie tue q̄s dn̄e dona ꝓpicius intuere:qbꝰ nō iā aurū thus ꝛ mirraz ꝓferꝰ:sed qđ iisdē muneribꝰ declaraꝰ:imolaꝰ ꝛ sumiꝰ iesus xp̄s dn̄s nr̄. Qui tecum. Prefatio. Qr cuz vnigenitus. Hec p̄fatio dr ꝑ totas octa. ꝛ in octauis. ꝛ Cōmunicātes similiter. Cōio. Uidimus stellam eius in oriente:et venimus cum muneribꝰ adorare dominum. Postcōio.

Presta q̄s oṗs deus: vt q̄ solēni celebramus officio purificate mētis intelligētia cōsequamur. Per do. Quotidie infra octa. dicitur eadē missa:sed sine seq̄ntia et Credo Tamen in dn̄ica dicitur Credo. sed nulla seq̄ntia. Dn̄ica infra octa. ad missam dicitur cantus super Kyrie. Gloria in excelsis. Sāctꝰ et Agnus. per ordinē sicut infra octa. cuz reginime chori habeꝰ: cetera sicut in die preter sequentiā cum hoc euāgelio. Secundum iohannem. i.

In illo tēpore. Uidit iohannes iesuz venientē ad se: et ait. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est: quia prior me erat et ego nesciebā eum Sed vt manifestetur in israel: ppterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniuz perhibuit iohānes dicens. Quia vidi spiritum descendētē quasi colūbā de celo et mā sit super eum: et ego nesciebam eum. sed q misit me baptizare i aqua ille michi dixit. Super quem videris spiritum descendentem et manentē super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi/ et testimoniū perhibui: q2 hic est fili9 dei. Quod si dnīca infra octa. nō euenerit: tunc in. iiii. feria infra octa. legatur hoc pdictū euangelium. Tertia die infra octa. fiat memoria de martyribus luciano sociorūq3 eius: cū oratione de cōi plurimorū martyrum.

In octa.epyphanie. Officium.

Ecce aduēit dnātor dnīs et regnū in manu eius et potestas et imperium ps. De9 iudiciū tuum regi da: et iusticiam tuā filio regis. Gloria patri. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in substantia nostre carnis apparuit: psta qs: vt per eum quē similem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecū vi. Memoria de sctō hylario. Oro.

Adesto dn̄e supplicationib9 nostris et intercessione beati hylarii confessoris tui atq3 pontificis cuius depositionē celebramus: ppetuā nobis miaz benign9 impēde. Per dn̄z. Memoria de sancta maria. Deus q salutis. Lcō Isaie pphē. xi.

Domie deus meus honorificabo te laudē tribuaz noī tuo: qui facis mirabiles res. Cōsilium tuū antiquum: verū fiat. Dn̄e excelsum est brachium tuū deus sabaoth: corona spei: q ornata ē gloria. Exultet desertū et exultent solitudines iordanis: et populus meus videbit altitudinez dn̄i et maiestatem dei: et erit congregatus et redēptus p deum. Et veniet in syon cuz gloria: et leticia sempiterna: sup caput ei9 laus et exultatio. Et aperiaz in montibus flumina in mediis campis fontes disrūpā et terrā sitientem sine aqua infundā. Ecce puer me9 exaltabitur et eleuabitur: et sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die confitemini dn̄o: et inuocate nomē ei9 Notas facite in populis virtutes eius cantate domino q2 mirabilia fecit. Annunciate hec in vniuersa terra: dicit dn̄s oīpotens Grad. Omnes de sabba veniēt aurum et thus deferētes: et laudē dn̄o annūciātes. v. Surge et illuminare hierlm: q2 gloria dn̄i super te orta est. Alla. v. Uidimus stellam eius in oriente: et venimus cū muneribus adorare dn̄m. Non dr̄ sequētia licet dnīca fuerit. Secundum matheum. iii.

In illo tempore. Uenit iesus a galilea in iordanē ad iohannez vt baptizaretur ab eo. Johannes autē phibebat eū dicens. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me. Respondens autē iesus: dixit ei Sine modo: sic eñ decet nos implere oēz iusticiam. Tunc dimisit eum. Baptizat9 autem iesus: confestim ascendit de aqua: et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritū dei descendentē sicut columbā et venientē sup se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est fili9 meus dilectus: in quo michi bene complacui. Offr. Reges tharsis et insule munera offerēt: reges arabum et sabba dona adducent. et adorabunt eum omēs reges terre: omnes gentes seruient ei. Secreta.

Hostias tibi domie pro nati filii tui apparitione deferimus suppliciter exorantes: vt sicut idem nostrorū auctor ē munerum: ita ipse sit misericors et susceptor iesus christus domin9 noster. Qui tecum. Alia secreta de sancto hylario.

Sancti hylarii precibus tibi dn̄e qs grata reddatur oblatio: pro cuius depositione immolanda. Per. Prefatio. Quia cum vnigenitus: et Cōmunicātes vt in die. Cōio. Uidimus stellam eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcōio.

Celesti nos qs dn̄e lumīe semp et vbiq3 preueni: vt misterium cuius nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu et digno percipiamus effectu. Per dn̄z. Alia postcōmunio de sancto hylario.

Sumpsimus dñe pignus redemptio-
nis eterne: sit nobis quesumus iter
ueniente beato hylario confessore tuo atq
pontifice vite presentis auxiliũ pariter et
future. Per dñm nostrum iesum xp̄m.
¶ Dominica prima post octa. epyphanie
Ad missam. Officium.
In excelso throno vidi sedere viruz
quē adorat multitudo āgelorꝫ psal
lētes in vnum: ecce cuius imperii nomen
est ineternum. ps. Jubilate deo omnis ter
ra: seruite domino in leticia. Oratio.
Uota quesumus dñe supplicantis
populi celesti pietate ꝓsequere: vt
et que agenda sunt videant: et adimplen-
da que viderint conualescant. Per dñm.
¶ Ep̄la Ad romanos. xii.
Fratres. Obsecro vos ꝑ miam dei:
vt exhibeatis corpora vestra: hostiā
viuentē sanctā: deo placentez: rationabile
obsequium vestruz. Et nolite conformari
huic seculo: sed reformamini in nouitate
sensus vestri: vt ꝓbetis que sit voluntas
dei bona et beneplacens et perfecta. Dico
enim ꝑ grām que data est michi oībus q̄
sunt inter vos non plus sapere q̄ꝫ oportet
sapere: sed sapere ad sobrietatē: et vnicuiq
sicut deus diuisit mēsurā fidei. Sicut enī
in vno corpore multa membra habemus
oīa aūt mēbra nō eundē actum habent: ita
multi vnum corpus sumus in xp̄o. Sin-
guli aūt alter alterius mēbra. In xp̄o iesu
dño nostro. Gr. Benedictus dñs deus is-
rael: qui facis mirabilia magna solus a se
culo. v. Suscipiant montes pacē populo
tuo: et colles iusticiā. All'a. v. Jubilate deo
oīs terra: seruite dño in leticia. Nulla die
dñica per annū dicitur sequentia ad missā
qñ de dñica agitur: nisi in aduentu ꝛ in tēpo
re paschali ꝛ nisi in dñica infra ebdomadā
nati. dñi. Secundum Lucam. ii.
Cum factus esset iesus annorū duo-
decim: ascendentibus illis hierosoli
mā secundū cōsuetudinem diei festi: cōsū
matisq dieb' cū rediret remāsit puer iesus
in hierl'z. Existimātes aūt illū eē in comita
tu venerūt iter diei: et requirebant eū inter
cognatos et notos. Et nō inuenientes: re-
gressi sunt in hierusalē requirentes eū. Et
factum est post triduū: inuenerunt illuz in
templo sedentem in medio doctorꝫ: audiē
tem illos et interrogantē eos. Stupebant
autē oēs qui euz audiebant: super pruden
tia ꝛ responsis eius. Et videntes admirati
sunt. Et dixit mater eius ad illū. Fili: quid
fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego do
lentes q̄rebamus te. Et ait ad illos. Quid
est quod me querebatis? Nesciebatis quia
in his que patris mei sunt oportet me esse
Et ipsi nō intellexerunt verbum: quod lo
cutus est ad illos. Et descendit cū eis et ve
nit nazareth: ꝛ erat subdit' illis. Et mater
eius cōseruabat oīa verba hec: conferēs in
corde suo. Et iesus ꝓficiebat sapientia/eta
te/ꝛ gratia: apud deum ꝛ homines. Offr.
Jubilate deo omnis terra: iubilate deo oīs
terra: seruite dño in leticia. intrate in cōspe
ctu eius in exultatione: quia dominus ipse
est deus. Secreta.
Oblatum tibi domine sacrificium vi
uificet nos q̄sumus sēper ꝛ muniat.
Per dñm. Prefatio quotid. Cōio. Fili qd
fecisti nobis sic ego et pater tuus dolentes
querebamus te: ꝛ quid est quod me quere
batis: nesciebatis quia in his q̄ patris mei
sunt oportet me esse. Postcōio.
Tua nos dñe sancta libātes: ꝛ ꝑfecte
capiam' purgationis effectū: ꝛ cō-
tinuū diuine defensionis auxiliū. Per dñz
Si tp̄s adeo breue fuerit ab octa. epypha.
vsq ad septuagesimā qd tres misse dñica
les. s. In excelso throno. Oīs terra. et Ado
rate. nō possint singule in singulis cantari
ebdomadis: tunc due vel tres misse si tp̄is
breuitas expetierit ī vna eadēq ebdoma.
cātetur. Et si aliqd festū triū lec. ibidē cōtige-
rit totū fiat seruitiū de festo vsq ad missā:
ꝛ ad illā missaz q̄ erit de tp̄ali fiat scd'a orō
de ip̄o festo. tertia de sctā maria. quarta de
oīb' sctis. q̄nta ꝓ vniuersali eccl'ia. Cetere
ꝟo misse q̄ sequūtur eo āno: oīno ꝑtermittātur
Hoc etiā bñ obseruetur qd nūq̄ ante primaz
dñicā post octa. epy. cantetur missa. In excel
so throno. nisi qñ nulla dñica iter oct. epy.
et septuage. cōtige. tūc enī ī feriis p'io loco
post octa. epy. cantetur: ꝛ due misse. s. Omis
terra. et Adorate. ī feriis sequentib' eiusdē
ebdo. cātentur: et tunc nichil fiat de festis

trium lectionum q̃ ibidē contingere possunt
Cū aūt plurium fuerit tēpus officium. Ado-
rate. per tres dñicas cātetur. Si vero tres
fuerint dñice inter octa. epy. et septuagesi
mā: ita q̄ tria officia pdicta cantent: tunc i
feriis post tertiā dñicā si vacauerint / dñr
ep[isto]le et euāgelia de.iiii.et.v.dñica in missis
de die. ¶ Feria.iiii. Ad romanos. x.

FRatres. Voluntas q̄dē cordis mei
et obsecratio ad deum fit p illis in
salutē. Testimoniū eī phibeo illis q̄ emu
lationē quidē dei habēt: sed nō scdm scien-
tiā. Ignorantes eñ iusticiā dei: et suā que
rentes statuere iusticie dei nō sunt subiecti
Finis eñ legis xp̄s: ad iusticiā oī credenti.
Euangeliū. Secundū matheum. iiii.

IN illo tpe. Cum audisset iesus quod
iohannes traditus esset: secessit i ga-
lileā. Et relicta ciuitate nazareth: vēit et ha
bitauit in ciuitate capharnaum maritima
in finibus zabulon et neptalim: vt adimple-
retur quod dictum est per ysaiā pphetam.
Terra zabulon et terra neptalim: via ma
ris trans iordanem galilee gētium popu-
lus qui ambulabat in tenebris: vidit lucem
magnā. Et sedentibus in regione vmbre
mortis: lux orta est eis. Et exinde cepit ie-
sus predicare: et dicere. Penitentiā agite:
appropinquabit enim regnum celorum.
¶ Feria.vi. Ad romanos. xiii.

FRatres. Omnis anima potestati-
bus sublimioribus subdita sit. Nō
est enī potestas nisi a deo. Que autē sunt
a deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit pote
stati: dei ordinationi resistit. Qui autem re
sistunt: ipsi sibi dānationē acquirunt. Nā
qui principātur nō sunt timori boni opis
sed mali. Vis autē non timere potestatem
bonū fac: et habebis laudē ex illa. Dei eñ
minister: est tibi i bonū. Si aūt male egeris
time. Nō eī sine causa: gladiū portat. Dei
eñ minister est: vindex in irā ei: qui malū
agit. Ideoq; necessitate subditi estote: non
solum pter iram: sed etiam pter cōsciē-
tiam. Ideo et tributa prestatis. Ministri
enim dei sunt: in hoc ipsum seruientes.
Euangelium Secundum lucam. iiii.

IN illo tēpore. Egressus est iesus in
virtute spiritus in galileam: et fama
exiit per vniuersam regionē de illo. Et ipse
docebat in synagogis eorum: et magnifica
batur ab oib9. Et venit nazareth: vbi erat
nutritus: et intrauit secundum consuetu-
dinem suam: die sabbati in synagogam et
surrexit legere. Et tradit9 est illi liber ysaie
prophete. Et vt reuoluit librū: inuenit locū
vbi scriptum erat. Spiritus dñi super me
ppter quod vnxit me: euāgelizare paupe
ribus misit me sanare cōtritos corde. Pre
dicare captiuis remissionem: et cecis visum
dimittere confractos in remissionē: predi
care annū domini acceptum: et diem retri
butionis. Et cum plicuisset librum reddi-
dit ministro: et sedit. Et oim in synagoga
oculi: erant intendentes in eum. Cepit au-
tem dicere ad illos: quia hodie impleta est
hec scriptura in auribus vestris. Et omēs
testimonium illi dabant: et mirabantur in
verbis gratie que procedebant de ore ipsi9
Per totam ebdomadam dicitur missa do
minicalis: nisi festum intercurrat vnde fi
at seruitium: et nisi quando missa. Salus
populi. vel quando dicitur de festo loci vl
de sancta maria.
¶ Domica secunda post octauas epypha
nie. Officium.

OMnis terra adoret te deus et
psallat tibi: psalmum dicat no
mini tuo altissime. ps. Jubila-
te deo oīs terra: psalmum dicite
noi eius date gloriā laudi eius. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus: qui ce-
lestia simul et terrena moderaris: sup-
plicationes populi tui clementer exaudi et
pacem tuam nostris concede temporibus
Per dominum nostrum iesum xp̄m. etc.
¶ Ad romanos. xii.

FRatres. Habentes donationes se-
cundum gratiam que data est no-
bis differentes: siue prophetiā secundum
rationem fidei: siue ministerium in mini-
strando: siue qui docet i doctrina. Qui ex-
hortatur in exhortando: qui tribuit in sim
plicitate: q̄ preest in sollicitudine: q̄ misere
tur in hilaritate. Dilectio sine simulatiōe.
Odientes malū: adherētes bono. Caritatē
fraternitatis inuicē diligētes. Honore inui-
cem preuenientes. Sollicitudine nō pigri

Spiritu feruentes: dño. seruientes. Spe gaudentes: in tribulatione patiẽtes. Orationi instantes: necessitatibus sanctoꝝ cõmunicantes: hospitalitatem sectãtes. Benedicite persequentibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudere cuꝫ gaudentibus: flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentiẽtes nõ alta sapiẽtes: sed humilibus cõsentientes. Gr. Misit dñs verbum suũ et sanauit eos: ꝛ eripuit eos de interitu eorum. ℣. Cõfiteantur dño mĩe eius: ꝛ mirabilia eius filiis hominũ. Alla. ℣. Laudate deũ omẽs angeli eius: laudate eũ omẽs virtutes eius. Secundũ Johannẽ. ii.

In illo tẽpore. Nuptie facte sunt in chana galilee. Et erat mater iesu ibi. Uocatus est autem iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte vino: dicit mater iesu ad euꝫ. Uinũ nõ habent. Et dicit ei iesus. Quid michi et tibi est mulier? Nõdũ venit hora mea. Dicit mater eiꝰ ministris Quodcũqꝫ dixerit vobis: facite. Erant autem ibi lapidee hydrie sex posite scdm purificationẽ iudeorũ capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesus: implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas: vsqꝫ ad sũmũ. Et dicit eis iesus. Haurite nũc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut aũt gustauit architriclinus aquã vinũ factũ: ꝛ nõ sciebat vnde esset: ministri aũt sciebant qui hauserant aquã: vocat sponsum architriclinus et dicit ei. Oĩs homo primũ bonũ vinũ ponit. Et cũ inebriati fuerint tũc id quod deterius est. Tu aũt seruasti vinũ bonũ: vsqꝫ adhuc. Hoc fecit initium signorum iesus in chana galilee ꝛ manifestauit gliam suã. Et crediderunt ĩ eum discipuli eius. Offer. Jubilate deo vniuersa terra iubilate dõ vniuersa terra: psalmũ dicite noĩ eius: venite ꝛ audite: et narrabo vobis oẽs qui timetis deum quanta fecit dominus anime mee. Allelupa. Secreta.

Ut tibi grata sint dñe munera ppli tui supplicãtis: ab oĩ q̃sumus eum cõtagione peruersitatꝭ emunda. Per dñꝫ. Cõio. Dicit dñs ĩplete hydrias aqua ꝛ ferte architriclino: ꝛ dũ gustasset architriclinus aquã vinũ factũ dicit sponso: seruasti vinũ bonum vsqꝫ adhuc: hoc signũ fecit iesus primũ corã discipulis suis. Postcõio.

Augeatur in nobis dñe q̃s tue ꝟtutis operatio vt diuinis vegetati sacramẽtis: ad eoꝝ ꝓmissa capiẽda: tuo semper munere preparemur. Per dñm nr̃m.

¶ Feria.iiii. Ad thimotheum. i

Carissime. Fidelis sermo: et oĩ acceptione dignus. Quia xp̃s iesus venit in hunc mundũ: pctõres saluos facere quoꝝ primus ego suꝫ. Sed ideo mĩam cõsecutus suꝫ vt in me primo ostẽderet xp̃s iesus oẽm potẽtiã: ad informationẽ eoꝝ: qui credituri sunt illi: in vitam eternam. Regi autem seculoꝝ immortali inuisibili: soli deo honoꝝ ꝛ gloria in secula seculoꝝ Amen. Secundum marcum. vi.

In illo tẽpore. Egressus iesus abiit in patriã suam: et sequebanẗ illũ discipuli sui. Et facto sabbato: cepit in synagoga docere. Et multi audientes: admirabanẗ in doctrina eius dicentes. Unde huic hec oĩa: et que est sapientia que data est illi et virtutes tales que per manus eius efficiunẗ. Nõne hic est faber filius marie frater iacobi et ioseph ꝛ iude et symonis? Nõne et sorores eius hic nobiscuꝫ sunt? ꝛ scandalizabantur in illo? Et dicebat eis iesus. Quia nõ est ꝓpheta sine honore: nisi in patria sua: et ĩ domo sua et in cognatiõe sua. Et nõ poterat ibi ꝟtutẽ vllam facere nisi paucos ĩfirmos ĩpositis manibꝰ curauit. Et mirabatur ꝓpter ĩcredulitatẽ eorum.

¶ Feria.vi. Epla. Ad romanos. xiiii.

Fratres. Scio et confido in domino iesu: quia nichil commune per ipꝫ nisi ei qui existimat quid cõmune esse: illi commune est. Si enim ꝓpter cibuꝫ frater tuus scandalizatur aut contristatur: iam non secundum caritatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo xp̃s mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est ei regnũ dei esca et potus: sed iusticia/ pax/ et gaudiuꝫ in spiritu sancto. Qui enim ĩ hoc seruit christo: placet deo: et ꝓbatus est hominibus. Itaqꝫ q̃ pacis sunt sectemur: et que edificationis sunt: inuicem custodiamus. Noli propter escã destruere opus dei. Oĩa q̃dem munda sunt: sed malũ est hoĩ qui per offendiculuꝫ

manducat. Bonũ est non manducare car
nē: et nō bibere vinũ: neq; in quo frat tuus
offenditur: aut scandalizatur: aut infirma
tur. Tu fidē quā habes: penes temetipm
habe corā deo. Btũs qui nō iudicat semet
ipsum: in eo quod pbat. Qui aũt discernit:
si mādūcauerit dānatus est: q2 non est ex fi
de. Omne aũt quod non est ex fide: pecca-
tum est. Secundum Lucam. iiii.

IN illo tempore. Descendit iesus in
capharnaũ ciuitatē galilee: ibiq; do
cebat illos sabbatis. Et stupebāt in doctri
na eius: q2 in potestate erat sermo ipsius.
Et in synagoga erat homo habens demo
nium immũdum: et exclamauit voce ma
gna dicens. Sine. Quid nobis et tibi iesu
nazarene? Uenisti perdere nos? Scio te
q2 scis sanctus dei. Et increpauit illum ie
sus dicens. Obmutesce et exi ab eo. Et cũ
pieciisset illud demoniũ in mediũ exiit ab
illo: nichilq; illuz nocuit. Et factus est pa-
uor in oĩbus: et colloquebātur adinuicem
dicentes. Quod est hoc verbum? q2 in po-
testate et virtute: imperat spiritibus imũ-
dis: et exeũt. Et diuulgabatur fama de il
lo: in oēm locũ regionis. ¶ Dñica.iii.post
octa.epy. Ad missam. Officium.

ADorate deum omnes angeli eius
audiuit et letata est syon: et exulta
uerunt filie iude. ps. Dñs regnauit exul-
tet terra: letentur insule multe. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus infir
mitatem nostrā propicius respice:
atq; ad ptegēdũ nos dexterā tue maiesta-
tis extēde. Per dñm. ¶ Ad romanos. xii.

FRatres. Nolite eē prudētes apud
vosmetipsos. Nulli malum p ma
lo reddentes. Prouidentes bona: non tan-
tũ coram deo: sed etiā corā oĩbus hoĩbus
Si fieri potest quod ex vobis est cum oĩ-
bus hoĩbus pacem habentes. Nō vosmet
ipsos defendētes charissimi: sed date locũ
ire. Scriptum est enĩ. Michi vindictam:
et ego retribuā dicit dñs. Sed si esurierit
inimicus tuus: ciba illũ. Si sitit: potũ da il
li. Hoc enĩ faciens: carbones ignis conge-
res super caput eius. Noli vinci a malo:
sed vince in bono malum. Gr. Timebũt
gentes nomē tuũ dñe et omēs reges terre
gloriā tuā. V. Quoniā edificauit dñs syon
et videbitur in maiestate sua. Alla. Vsus.
Dominus regnauit exultet terra letentur
insule multe. Secũdum matheum. viii.

IN illo tempore. Cum descēdisset ie-
sus de monte: secute sunt eum turbe
multe. Et ecce leprosus veniēs: adorabat
eum dicens. Domine si vis potes me mũ
dare. Et extendens iesus manũ: tetigit eũ
dicens. Uolo mundare. Et confestim: mũ
data est lepra ei9. Et ait illi iesus. Uide ne-
mini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti
et offer munus tuũ quod precepit moyses
in testimoniũ illis. Cũ autem introisset ca-
pharnaũ: accessit ad eum cēturio rogans
eũ et dicens. Dñe: puer meus iacet ĩ domo
paraliticus et male torquetur. Et ait illi
iesus. Ego veniā et curabo eum. Et respō
dens centurio: ait. Dñe non sum dign9 vt
intres sub tectũ meũ: sed tantũ dic verbo ꝛ
sanabitur puer meus. Nā ꝛ ego homo sũ
sub potestate constitutus: habens sub me
milites. Et dico huic vade: et vadit. Et a-
lio veni ꝛ venit. Et seruo meo fac hoc: ꝛ fa
cit. Audiens aũt iesus miratus est: ꝛ sequē
tibus se dixit. Amen dico vobis: nō inueni
tantā fidē in israel. Dico autē vobis quod
multi ab oriente ꝛ occidente veniēt: et recũ
bent cũ abraham ꝛ ysaac ꝛ iacob in regno
celorum. Filii aũt regni eiicientur in tene-
bras exteriores: ibi erit fletus ꝛ stridor den
tium. Et dixit iesus centurioni. Uade: et si
cut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer
in illa hora. Offr. Dextera dñi fecit virtu-
tē dextera domini exaltauit me: non mo-
riar sed viuā: ꝛ narrabo opa dñi. Secreta.

VIte perpetue misteria venerāda re
colimus te domĩe deprecātes: vt ea
deuotis eadem sacrificiis: et dignis operi-
bus assequamur. Per. Prefatio quotid.
Cōmunio. Mirabantur omēs de his que
procedebant de ore dei. Postcōmunio.

QUos tantis dñe largiris vti miste-
riis: presta q̃s: vt effectibus eorũ nos
veraciter aptare digneris. Per dñm nrm.
¶ Feria quarta Ad romanos. xv.

FRatres. Obsecro vos per dñm no-
strum iesum xpm: et per caritatem
spiritus sancti: vt adiuuetis me in oratio-

nibus vestris ad deũ: vt liberer ab infideli
bus qui sunt in iudea: ꝛ obsequii mei obla
tio accepta sit in hierosolima sãctis: vt ve
niam ad vos in gaudio per voluntatẽ dei:
vt refrigerer vobiscũ. Deus autẽ pacis: sit
oĩbus vobis. Amen. Scdm marcũ. iii.
In illo tẽpore. Intrauit iesus ĩ syna-
gogã: et erat ibi hõ habens manum
aridã et obseruabãt eũ si sabbatis curaret:
vt accusarẽt illũ. Et ait hoĩ habenti manũ
aridam. Surge in mediũ: ꝛ dicit eis. Licet
sabbatis benefacere: an male: aĩam saluaꝫ
facere: an perdere: At illi tacebãt. Et circũ-
spiciens eos cum ira: cõtristatus super ce
citate cordis eorum: dicit hoĩ. Extẽde ma-
nũ tuã: et extendit. Et restituta est manus
illi. ¶ Feria. vi. Ad corinthios. i. iii.
Fratres. Nescitis qꝛ tẽplũ dei estis
et spũs dei habitat in vobis: Si qˢ
aũt tẽplum dei violauerit: disperdet illum
deus. Templũ eñ dei factũ est: quod estis
vos. Nemo se seducat. Si quis videt̃ iter
vos sapiẽs esse in hoc seculo: stultus fiat vt
sit sapiẽs. Sapientia eñ hui⁹ mũdi stulti-
cia est apud deũ. Scriptũ est eñ. Compre-
hendã sapientes: in astutia eoꝝ. Et iteruꝫ.
Dñs nouit cogitatones sapientiũ: qm̃ va-
ne sunt. Nemo itaqꝫ glorietur in hoĩbus.
Oĩa eñ vestra sunt siue paulus: siue apol
lo: siue cephas: siue mundus: siue vita: siue
mors: siue presentia: siue futura. Oĩa eñ
vestra sunt: vos autẽ xpi: christus aũt dei.
Secundum matheum. iiii.
In illo tp̃e. Circuibat iesus totã gali
leã docens in synagogis eorũ: ꝛ pre
dicans euangelium regni: et sanans oẽm
languorẽ: et oẽm infirmitatem in populo
Et abiit opinio ei⁹ in totam siriã. Et obtu
lerũt ei oẽs male habẽtes variis lãguorib⁹
et tormẽtis cõprehẽsos: et q̇ demoĩa habe-
bant/ ꝛ lunaticos/ et paraliticos: et curauit
eos ꝛ secute sũt eũ turbe mlte. ¶ Dñica iiii.
post octa. epy. Ad missam Officium
Adorate deũ oẽs ãgeli ei⁹: audi-
uit ꝛ letata ẽ syõ: ꝛ exltauert̃ fi-
lie iude. Ps Dñs regnauit exul
tet terra: letent̃ insule multe.
Gloria patri. Oratio
Deus q̇ nos ĩ tãtis periculis ꝯstitutos
pro humana scis fragilitate non posse sub
sistere: da nobis salutem mentis ꝛ corpo-
ris: vt ea q̃ pro peccatis nostris patimur/ te
adiuuãte vincamus. Per dñm. Epistola.
¶ Ad romanos. xiii.
Fratres. Nemini quicq̃ debeat̃ ni
si vt inuicẽ diligat̃. Qui eñ diligit
proximũ: legẽ impleuit. Nã non adultera
bis: nõ occides: nõ furaberis: nõ falsũ testi-
moniũ dices: nõ concupisces rẽ ꝓximi tui.
Et si qđ est aliud mãdatũ: ĩ hoc ꝟbo ĩstau-
rat̃. Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsũ. Dilec-
ctio ꝓximi: malũ nõ opat̃. Plenitudo ergo
legis: est dilectio. Građ. Timebunt gẽtes
nomẽ tuũ dñe: ꝛ oẽs reges terre gloriã tuã
ꝟ. Qm̃ edificauit dñs syõ: ꝛ videbit̃ ĩ ma-
iestate sua. All'a. ꝟ. Dñs regnauit exultet
terra: letẽt̃ insule mlte. Scdm math. viii.
In illo tẽpore. Ascẽdẽte iesu ĩn naui-
culã: secuti sũt eũ discipuli ei⁹ Et ecce
motus magn⁹ fact⁹ est in mari: ita vt naui
cula operiret̃ fluctib⁹. Erat aũt illis: vẽt⁹ con
trarius. Ipse vero dormiebat. Et accesserũt
ad eũ discipl'i ei⁹: ꝛ suscitauerũt eũ dicẽtes.
Dñe salua nos perim⁹: et dicit eis ies⁹. Quid
timidi estis modice fidei: Tũc surgẽs ipe-
rauit ventis ꝛ mari: et fctã est trãquillitas
magna. Porro hoĩes mirati sũt: dicentes.
Qualis est hic qꝛ vẽti ꝛ mare obediunt ei:
Offr. Dextera dñi fecit ꝟtutẽ: dextera dñi
exaltauit me: nõ moriar sed viuam: et nar
rabo opera domini. Secreta.
Concede q̃s oĩps deus: vt hui⁹ sacrifi
cii munus oblatũ fragilitatẽ nostrã
ab oĩ malo purget et muniat. Per đ. Pre-
fatio quotiđ. Cõio. Mirabãtur oẽs de his
que procedebant de ore dei. Post cõio
Munera tua nos deus: ꝛ a delectatio
nib⁹ terrenis expediãt: et celestibus
semper instruãt alimentis. Per dominũ.
¶ Feria. iiii. Ad chorinthios. i. vii.
Fratres. Bonũ ẽ hoĩ/ mulierẽ nõ tã
gere. Propter fornicationẽ autem
vnusq̇sqꝫ vxorẽ suã hẽat: et vnaq̃qꝫ mulier
virũ suũ habeat. Uxori vir debituꝫ reddat:
similiter autem ꝛ vxor viro. Mulier sui corporis
potestatẽ nõ habet: sed vir. Similiter autẽ
et vir sui corporis potestatẽ non habet: sed
mulier. Nolite fraudare ĩuicẽ nisi forte ex

cõsensu ad tps: vt vacetis orationi. Et iterũ revertimini i idipz ne tẽtet vos sathanas ꝓpter incontinentiam vestram. Euãge. Secundum Lucam ix.

In illo tẽpore. Factũ est ambulãtib⁹ discipulis in via: dixit qdã ad iesum Sequar te quocũqz ieris. Dixit illi iesus. Vulpes foveas habent: ꝛ volucres celi nidos: fili⁹ aũt hois nõ habet vbi caput suuz reclinet. Ait aũt ad alterũ. Seqre me. Ille aũt dixit. Dñe: ꝑmitte michi primũ ire: et sepelire patrẽ meũ. Dixitqz ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu aũt vade: ꝛ annũcia regnũ dei. Et ait alter. Sequar te dñe: sed primũ ꝑmitte michi renũciare his q̄ domi sunt. Et ait ad illũ iesus. Nemo mittens manũ suã ad aratrum: et aspiciens retro: aptus est regno dei.

Feria. vi. Ad corinthios. i. vii.

Fratres. Unusqsqz in qua vocatione vocatus est: in ea ꝑmaneat. Servus vocat⁹ es: nõ sit tibi cure. Sed ꝛ si potes fieri liber magis vtere. Qui enĩ in dño vocat⁹ est serv⁹: libert⁹ est dñi. Sif̃r qui liber vocatus est: serv⁹ est xpi. Precio empti estis: nolite fieri servi hoim. Unusqsqz in qua vocatione vocat⁹ est frater: i hac ꝑmaneat apud deũ. Scdm marcum. x.

In illo tpe. Offerebãt iesu parvulos vt tãgeret illos. Discipuli aũt cõminabant offerẽtib⁹. Quos cũ videret iesus indigne tulit: et ait illis. Sinite parvulos venire ad me: et ne ꝓhibueritis eos. Taliũ enĩ est regnũ dei. Amen dico vobis: qsquis nõ receperit regnũ dei velut parvulus non intrabit in illud. Et cõplexãs eos ꝛ imponens manus super illos: benedicebat eos.

Dñica. v. post octa. epy. Officium.

Adorate dñm oms angeli eius audiuit et letata est syon: et exultauerũt filie iude. ps. Dñs regnauit exultet terra: letẽtur insule multe. Glia. Oratio.

Familiã tuã q̄s dñe continua pietate custodi: et q̄ in sola spe gratie celestis innitit: tua semꝑ ꝓtectione muniatur. Per.

Epistola ad colocenses. iii.

Fratres. Induite vos sicut electi dei scti et dilecti viscera mie mãsuetudinẽ/ benignitatẽ/ hũilitatẽ/ modestiam patiẽtiã/ supportãtes inuicẽ/ ꝛ donãtes vobismetipis: si q̄s aduersus aliquã hz q̄relã Sicut ꝛ dñs donauit vobis: ita ꝛ vos. Super oĩa aũt hec charitatẽ habete: qđ est vinculũ ꝑfectiõis. Et pax xpi exultet i cordib⁹ vr̃is i qua ꝛ vos vocati estis i vno corpe et grati estote. Verbũ xpi hitet i vobis abundãter in oĩ sapiẽtia docẽtes ꝛ ꝯmonẽtes vosmetipos i psalmis ꝛ hymnis ꝛ canticis spũalib⁹ in gr̃a: cantantes in cordib⁹ vr̃is deo. Oẽ aũt qđcunqz facitis in vbo aut in opere omia i noie dñi nostri iesu xpi facite: gr̃as agentes deo ꝛ patri. Per iesum xp̄m dñm nr̃m. Gr. Timebunt gẽtes nomen tuũ dñe: et oẽs reges terre gliam tuam. ℣. Qm̃ edificauit dñs syon: ꝛ videbit i maiestate tua. All'. ℣. Dñs regnauit exultet tra letent insule multe. Scdm matheũ. xiii.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile factũ est regnũ celoꝝ hoi q̄ seminauit bonũ semẽ in agro suo. Cũ aũt dormirẽt hoies: venit inimic⁹ ei⁹: ꝛ supseminauit zizania in medio tritici: ꝛ abiit. Cũ aũt creuisset herba: ꝛ fructũ fecisset: tũc apparuerũt ꝛ zizania. Accedẽtes aũt servi patrisfamilias: dixerunt ei. Dñe: nõne bonũ semẽ semiasti i agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus hõ hoc fecit. Servi aũt dixerunt ei. Uis: imus ꝛ colligim⁹ ea? Et ait. Nõ. Ne forte colligẽtes zizania: eradicetis siml' cuz eis ꝛ triticũ. Sinite vtraqz crescere vsqz ad messẽ: ꝛ in tpe messis dicã messorib⁹. Colligite primũ zizania ꝛ alligate ea in fasciculos ad cõburẽdũ. Triticũ aũt cõgregate in horreũ meũ. Offr. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuã ꝛ narrabo opa dñi. Secreta.

Suscipe q̄s dñe tuoꝝ oblationes p̄cesqz servoꝝ vt sub tue ꝓtectiõis auxilio: ꝛ collata nõ ꝑdãt: ꝛ q̄ expetũt apprehẽdãt. ꝑ Prefatio quotid. Cõio. Mirabãtur oẽs de his q̄ ꝓcedebant de ore dei. Postcõ.

Deus q̄ nos sacramẽti tui ꝑticipatione cõtingis virtutis eius effect⁹ in nr̃is cordib⁹ opare: vt muneri diuino qđ sumpsimus per ipz mun⁹ aptemur. Per.

Feria. iiii. ad thimotheum. i. ii.

Charissime. Obsecro primũ oĩm fieri obsecrationes/oratiões/postulationes grãꝝ actiões p oĩb⁹ hoĩb⁹. Pro regib⁹ ⁊ oĩb⁹ q̃ in sublimitate sunt cõstituti: vt q̃etã ⁊ tranquillã vitã agamus: in oĩ pietate et castitate. Hoc eñi bonũ est: et acceptũ corã saluatore nostro deo. Qui oẽs hoĩes vult saluos fieri: ⁊ ad agnitionẽ veritatis venire. Unus eñi deus: vn⁹ ⁊ mediator dei et hoĩm: hõ xp̃s iesus. Qui dedit semetipꝫ redẽptionẽ p oĩbus: cuius testimoniũ tp̃ibus suis cõfirmatũ est: in quo positus suꝫ ego predicator et ap̃lus. Ueritatẽ dico non mentior: doctor gentium in fide et veritate. Secundum matheum. xxi.

In illo tẽpore. Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Homo q̃dam habebat duos filios: et accedens ad primũ dixit. Fili vade hodie operare in vineã meã. Ille aũt respõdens: ait. Nolo. Postea aũt penitẽtia motus: abiit. Accedẽs aũt ad alterũ: dixit similiter. At ille respõdens ait. Eo dñe. Et non iuit. Quis ex duobus fecit volũtatẽ patris Dicunt ei primus. Dicit illis iesus. Amen dico vobis: q: publicani et meretrices p̃cedent vos in regno dei. Uenit eñi ad vos iohannes in via iusticie ⁊ non credidistis ei. Publicani: et meretrices crediderunt ei. Uos autem videntes nec penitentiam habuistis postea: vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi audiat.

Dñica in septuagesima. Officium

Circundederũt me gemit⁹ mortis: dolores inferni circundederunt me: et in tribulatione mea inuocaui dñꝫ: ⁊ exaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meã. ps. Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamentũ meũ et refugiũ meũ et liberator meus. Gloria. Ab hac die vsq ad vigiliam pasche nõ dr̃ Glia in excelsis. de quocunq dr̃ missa nisi ep̃s in cena dñi celebrauerit. Oratio.

Preces populi tui q̃s dñe clementer exaudi: vt qui iuste p p̃ctis nostris affligimur: p tui noĩs glia misericorditer liberemur. Per. Ad corinthios. i.ix.

Fratres. Nescitis q hi qui in stadio currunt: oẽs quidẽ currunt: sed vn⁹ accipit brauiũ. Sic currite vt cõprehendatis. Oĩs eñi qui in agone cõtendit: ab oĩb⁹ se abstinet. Et illi quidẽ vt corruptibilem coronã accipiãt: nos aũt incorruptã. Ego igitur sic curro: nõ quasi in incertũ. Sic pugno: nõ quasi aerẽ verberãs. Sed castigo corpus meũ: ⁊ in seruitutẽ redigo: ne forte cũ aliis predicauerĩꝫ ip̃e reprobus efficiar. Nolo aũt vos ignorare fratres: q̃m patres nostri oẽs sub nube fuerunt: ⁊ oẽs mare trãsierũt. et oẽs in moyse batpizati sunt in nube et in mari. Et oẽs eandẽ escã sp̃ualẽ mãducauerũt: et oẽs eundẽ potũ spiritualẽ biberunt. Bibebãt aũt de spirituali: cõsequẽte eos petra: petra aũt erat xp̃s. Gr. Adiutor in oportunitatibus in tribulatione sperent in te q̃ nouerunt te q̃m non derelinq̃s querẽtes te dñe. v. Q̃m nõ in finẽ obliuio erit paupis: patientia pauperũ nõ peribit in eternũ: exurge dñe nõ p̃ualeat hõ. Nõ repetat̃ grad. q̃n dr̃ ix. vts. Tractus.

De p̃fundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue intẽdẽtes in orõnẽ serui tui. Si iniq̃tates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Q: apud te p̃piciatio est: et p̃pter legẽ tuã sustinui te dñe. Scd̃m matheũ. xx.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celoꝝ hoĩ patrifamilias: q̃ exiit primo mane conducere oparios in vineã suã. Cõuẽtione aũt facta cũ opariis ex denario diurno misit eos ĩ vineã suã. Et egressus circa horã tertiã: vidit alios stantes ĩ foro ociosos: et dixit illis. Ite et vos ĩ vineã meã: et quod iustũ fuerit dabo vobis. Illi aũt abierunt. Iterũ aũt exiit circa sextã et nonam horã: et fecit similiter. Circa vndecimã vero exiit: et inuenit alios stãtes: et dixit illis Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Q: nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite ⁊ vos in vineam meã. Cũ sero aũt factũ esset dicit dñs vinee: p̃curatori suo. Uoca oparios et redde illis mercedẽ: incipiens a nouissimis vsq ad primos. Cuꝫ venissent ergo qui circa vndecimã horã venerãt: acceperunt singulos denarios. Uenĩẽtes autẽ et primi: arbitrati sũt q̃d pl⁹ essent accepturi. Acceperũt aũt et ip̃si singulos denarios Et accipiẽtes murmurabãt aduersus pa-

trēfamilias:dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: et pares illos nobis fecisti:qui portauimus pōdus diei et estus? At ille rñdens:vni eorꝝ dixit. Amice nō facio tibi iniuriā. Nōne ex denario cōuenisti mecum? Tolle qđ tuū est et vade. Uolo autē et huic nouissimo dare sicut et tibi Aut nō licet michi qđ volo facere? An oculus tuus nequā est:qꝛ ego bonꝰ sū? Sic erūt nouissimi primi:et primi nouissimi. Multi eñ sunt vocati:pauci vero electi. Offr. Bonū est cōfiteri dño:et psallere nomi tuo altissime. ℣. Quā magnificata sunt opera tua dñe: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. ℣ Ecce inimici tui dñe peribūt:et dispergētur oēs qui operantur iniquitatē. Secreta

Muneribus nostris q̄s dñe pcibusq; susceptis: et celestibus nos mundа misteriis et clementer exaudi. Per. Prefatio quotid. Cōio. Illumina faciē tuā sup seruū tuū: saluū me fac in tua mīa dñe nō cōfundar qm̄ inuocaui te. Postcōio.

Fideles tui deus p tua dona firmentur:vt eadē et pcipiendo requirāt; et querēdo sine fine pcipiant. Per. Sciendū est q̄ seruitiū huiꝰ diei nō differatur ppter aliqđ festū: nisi cū purificatio beate marie vel dedicatio ecclesie i hac die ɔtigerit. tūc eñ differat vsq; ad.iii.fe. et tx. De pfundis pretermittat qm̄ in ferialibus diebꝰ nō dr̄ tꝛ.añ iiii.feriā in capite ieiunii nisi tm̄ in missis p defūctis :nec etiā in festis sine regimine chori. Quodcūq; vero aliud festū in hac dñica vl'in aliqua dñica vsq; ad passionē dñi cōtigerit semp differat licꝫ dupl'. festū fuerit: et fiat seruitiū de ipa dñica: nulla facta de festo mēoria:nisi sit festū.iii.lec. quod nō differt:sed tūc de eo fiat mēo. vsq; ad.xl.tm̄. A quarta aūt fe.in capite ieiunii vsq; i crastinū oct.pasche nichil fiat ad missā de festis.iii.lc.nec etiā mēo. ¶ Feria.iiii Epistola. Ad corinthios. ii.iiii.

Fratres. Si opertū est euāgeliū nostrū:in his q̄ pereunt est optū. In q̄bus deꝰ huiꝰ seculi: excecauit mētes ifidelium:vt nō fugiat illuminatio euāgelii glie xpi:q̄ est imago dei. Nō eñ nosmetipos pdicamus sed iesū xpm dñꝫ nostrū :nos aūt seruos vr̄os p iesuꝫ. Qm̄ deus q̄ dixit de tenebꝛis lucē splendescere: illuxit in cordibꝰ nostris:ad illuminationē sciētie claritatis dei:i facie iesu xpi. Habemꝰ aūt thesaurū istū abscōditū i vasis fictilibus: vt sublimitas sit ꝟtutis dei et nō ex nobis. In oībus tribulationem patimur:sed non angustiamur. Apoꝛiamur:sed non destituimur. Persecutionē patimur: sꝫ nō derelinq̄mur. Humiliamur:sed non cōfundimur. Deiicimur:sed nō perimꝰ. Semp mortificationē iesu xpi i corpore nostro circūferentes: vt et vita iesu in cordibꝰ nostris manifestetur. Semp eñ nos q̄ viuimꝰ :in mortē tradimur ppter iesum:vt et vita iesu manifestetur i carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur:vita autem in vobis. Secundum Marcum. ix.

In illo tp̄e. Egressus iesus ibat p galileā:nec volebat quēq̄ scire. Docebat aūt discipłos suos et dicebat illis. Qm̄ filiꝰ hoīs tradet in manus hoīm:et occidēt eū:et occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbū et timebāt eū iterrogare. Et venerunt capharnaū. Qui cū domi esset interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebāt. Si qdē iter se i via disputauerāt:q̄s esset illoꝝ maioꝝ. Et residens vocauit duodecī:et ait illis. Si q̄s vult primꝰ esse:erit oīm nouissimus / et oīm minister. Et accipiēs puerū statuit eū in medio eorū. Quē cum cōplexus esset:ait illis. Quisq̄s vnum ex huiusmodi pueris receperit i nomine meo:me recipit. Et quicūq; me susceperit:nō me suscipit: sed euꝫ qui me misit. Qui habet aures audiendi audiat.

¶ Feria.vi. Ad corinthios. ii.iiii.

Fratres. Hn̄tes spm̄ fidei:sicut scriptū est. Credidi ppter qđ locutꝰ sum et nos credimꝰ ppter qđ et loq̄mur: scientes qm̄ qui suscitauit iesuꝫ:et nos cū iesu suscitabit:et ɔstituet vobiscū. Oīa eī ppter vos vt gr̄a abūdās p multas grāꝝ actiōes:abūdet i gliaꝫ dei: ppter qđ nō deficimꝰ. Sed licet is q̄ foris est nr̄ hō corrūpat:tm̄ is q̄ intus ē renouat de die i diē. Id eñ qđ in pn̄ti est momētaneū et leue tribulatiōis nostre supra modū i sublimitate eternū glie pondus opat in nobis nō ɔtēplātibꝰ nobis q̄ vident:sed q̄ nō videtur. Que eñ vident tē-

porralia sunt: q̄ aūt nō videntur: eterna sunt.

Scdm matheum. xii.

IN illo tēpore. Dixit iesus phariseis. Qui nō ē mecū cōtra me est: ⁊ q̄ nō cōgregat mecū spargit. Ideo dico vobis. Omē pctm̄ et blasphemia remittet hoībus: spūs aūt blasphemie: nō remittet. Et q̄cū que dixerit verbū cōtra filiū hoīs: remittet ei. Qui aūt dixerit cōtra spm̄ sctm̄: nō remittet ei: neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. Aut facite arborē bonā ⁊ fructū eius bonū: aut facite arborē malā ⁊ fructū eius malū. Si quidē ex fructu: arbor cognoscit. ꝓgenies viperarū quō potestis bona loq̄: cū sitis mali: ex abundātia enī cordis os loq̄tur. Bonus hō de bono thesauro: ꝓfert bona. Et malus hō de malo thesauro: ꝓfert mala. Dico aūt vobis: qm̄ oē verbū ociosum: qd̄ locuti fuerint hoīes reddēt rationē de eo in die iudicii. Ex vbis enī tuis iustificaberis et ex verbis tuis cōdemnaberis.

Dñica in sexagesima. Officium.

EXurge quare obdormis dñe exurge et ne repellas in finē quare faciē tuā auertis: obliuisceris tribulationē nostram adhesit in terra vēter nr̄. exurge dñe adiuua nos et libera nos. Ps. Deus aurib⁹ nr̄is audiuim⁹ patres nostri annūciauerunt nobis. Oro.

DEus qui cōspicis: q2 ex nulla nostra actione ꝯfidimus: ꝯcede ꝓpicius: vt cōtra oīa aduersa doctoris gētiū ꝓtectiōe muniamur. Per. Hec sequens epl'a tota legat hac die tm̄: qn̄ vo dr̄ p ebdo. sp incipiatur ad istā clausulā. Damasci ꝑpo. ⁊ legat vsq̄ ad finē. Ad corinthios. ii. xi.

FRatres. Libenter suffertis insipiētes: cū sitis ipi sapiētes. Sustinetis enī: si q̄s vos i seruitutē redigit: si q̄s deuorat: si quis accipit: si quis extollit: si q̄s i faciē vos cedit. Scdm̄ ignobilitatē dico: quasi nos infirmi fuerimus i hac pte. In quo quis audet in isipientia dico: audeo ⁊ ego. Hebrei sunt: et ego. Israelite sūt: ⁊ ego. Semē abrahe sunt: ⁊ ego. Ministri xp̄i sunt: ⁊ ego. Ut min⁹ sapiēs dico plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus abūdāti⁹ in plagis supra modū: i mortib⁹ frequēter a iudeis q̄nq̄es quadragenas vna minus accepi. Ter vgis cesus sū: semel lapidat⁹ sum. Ter naufragiū feci. Nocte ac die in ꝓfundū maris fui. In itinerib⁹ sepe: ꝑiculis fluminū: ꝑiculis latronū: ꝑiculis ex gñe: ꝑiculis ex gentib⁹: ꝑiculis in ciuitate: ꝑiculis in solitudine: ꝑiculis i mari: ꝑiculis i falsis fratrib⁹. In labore ⁊ erūna: in vigiliis multis. In fame ⁊ siti: i ieiuniis multis. In frigore ⁊ nuditate: ꝑter illa q̄ extrinsecus sūt: instātia mea quotidiana: sollicitudo oīm eccl'iaꝝ. Quis ifirmat: et ego nō ifirmor: Quis scādalizat: et ego nō vror: Si gliari oportet: q̄ infirmitatis mee sunt gliabor. De⁹ ⁊ pater dñi nr̄i iesu xp̄i scit: q̄ est bn̄dictus in scl'a: qd̄ nō mētior. Damasci ꝑpositus gētis arethe regis: custodiebat ciuitatē damascenoꝝ: vt me ꝯprehenderet. Et ꝑ fenestrā in sporta dimissus sū ꝑ murū: ⁊ sic effugi man⁹ eius. Si gliari oportet: nō expedit q̄dē. Ueniā aūt ad visiones: ⁊ reuelationes dñi. Scio hoīem in xp̄o: āte annos quattuordecī siue in corpe siue extra corp⁹ nescio deus sit raptū hmōi vsq̄ ad tertiuz celū. Et scio hmōi hoīem: siue in corpore siue extra corpus: nescio de⁹ scit: qm̄ raptus est i paradisuz: et audiuit archana verba q̄ nō licet hoī loq̄. Pro hmōi gliabor: pro me aūt nichil: nisi in ifirmitatibus meis. Nā ⁊ si voluero gloriari: nō ero isipiēs: Ueritatē enī dicā. Parco aūt ne q̄s me existimet supra id qd̄ videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationuz extollat me: dat⁹ est michi stimulus carnis mee angel⁹ sathane: q̄ me colaphizet. Propter qd̄ ter dñm rogaui vt discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus i ifirmitate perficitur. Libēter igit gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me vtus xp̄i. Gr. Sciāt gētes qm̄ nomē tibi de⁹: tu solus altissimus sup oēz terrā. V. Deus meus pone illos vt rotā: et sicut stipulā ante faciē venti. Tractus.

COmmouisti dñe terrā ⁊ cōturbasti eam. Sana ꝯtritiones eius: q2 mota est. Ut fugiant a facie arcus vt liberent dilecti tui. Secundum Lucam. viii.

IN illo tp̄e. Cū turba plurima ꝯuenirent et de ciuitatibus ꝓperarent ad iesū: dixit ꝑ similitudinē. Exiit q̄ seminat:

seminare semẽ suũ. Et dũ seminat: aliud cecidit secus viam: & conculcatũ est: et volucres celi comederũt illud. Et aliud cecidit supra petrã: et natũ aruit quia non habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exorte spine suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terrã bonã: & ortũ fecit fructũ cẽtuplum. Hec dicẽs clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabãt autem eũ discipuli eius: que esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Uobis datũ est nosse mysteriũ regni dei: ceteris aũt in parabolis: vt videntes nõ videãt/ & audiẽtes non intelligant. Est aũt hec parabola. Semẽ est verbũ dei. Qui autẽ secus viam: hi sũt qui audiũt. Deinde venit dyabolus: & tollit verbũ de corde eorũ ne credẽtes salui fiant. Nã q̃ supra petrã: q̃ cũ audierint cum gaudio suscipiũt verbũ. Et hi radices nõ habẽt: quia ad tẽpus credũt & in tpe tẽtationis recedũt. Quod aũt i spinis cecidit: hi sũt qui audierũt: et a sollicitudinibus & diuitiis et voluptatibus vite eũtes suffocantur: & nõ referũt fructũ. Quod autẽ in bonã terram: hi sunt qui in corde bono et optimo: audientes verbũ retinent. Et fructũ afferũt: in patiẽtia. Offer. Perfice gressus meos i semitis tuis vt nõ moueãtur vestigia mea: inclina aurẽ tuã et exaudi verba mea: mirifica mias tuas q̃ saluos facis sperantes in te dñe. V. Exaudi dñe iustitiam meã: intẽde deprecationẽ meã: auribus percipe orõnem meã. V. Custodi me dñe vt pupillã oculi: sub vmbra alarũ tuarum protege me: eripe me domine ab impio. Secreta.

Intẽde q̃s dñe hostiã familie tue: vt quã sacris muneribus facias eẽ participẽ: tribuas ad eius plenitudinẽ peruenire. Per. Prefatio quotid. Cõio. Introibo ad altare dei: ad deũ q̃ letificat iuuẽtutẽ meã. Postcõio

Supplices te rogamus oĩps deus: vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiã placitis moribus dignanter deseruire cõcedas. Per. ¶ Fer. iiii. Ad corinth. ii. c.

Fratres. Ego testẽ deum inuoco in aiam meã. qd parcẽs vobis: nõ veni vltra corinthũ. nõ quia dominamur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudii vestri: nam fide statis. Statui autẽ hoc ipm apd me: ne iterũ in tristicia venirẽ ad vos. Si enim cõtristor vos: et q̃s est qui me letificet nisi qui cõtristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi vobis: vt nõ cũ venero tristiciã sup tristiciã habeã de quibus oportuerat me gaudere cõfidẽs in oĩbus vobis: quia meum gaudiũ oim vestrũ est. Nã ex multa tribulatione & ãgustia cordis scripsi vobis p multas lachrymas/ nõ vt cõtristemini: sed vt sciatis quã caritatẽ habeã abũdantius in vobis. Si q̃s autẽ cõtristauit me nõ me cõtristauit: sed ex parte vt nõ onerẽ oẽs vos. Sufficit illi/ q̃ huiusmodi est obiurgatio hec q̃ fit a pluribus: ita vt ecõtrario/ magis donetis & cõsolemini/ ne forte abũdantiori tristicia absorbeatur/ qui huiusmodi ẽ. Propter qd obsecro vos: vt cõfirmetis illũ i caritate. Ideo enim scripsi vobis: vt cognoscam experimẽtũ vestrũ an in oĩbus obediẽtes sitis. Si cui autẽ aliquid donastis & ego. Nam & ego qd donaui si quid donaui propter vos i psona xpi vt nõ circũueniamur a sathana. Nõ enim ignoramus: cogitationes eius. Secundum marcum. iiii.

In illo tempe. Cepit iesus docere ad mare: et congregata est ad eũ turba multa: ita vt in nauim ascẽdẽs sederet in mari. Et oĩs turba circa mare: sup terram erat. Et docebat illos in parabolis multa et dicebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce exiit seminãs: ad seminandũ. Et dũ seminat: aliud cecidit circa viã et venerũt volucres et comederũt illud. Aliud vero cecidit sup petrosa: vbi nõ habuit terrã multã & stati exortũ est: qm nõ hẽbat altitudinem terre: et qñ exortus est sol exestuauit: et co qd nõ habebat radicẽ exaruit. Et aliud cecidit in spinas: et ascẽderũt spine: et suffocauerũt illud: et fructũ nõ dedit. Et aliud cecidit i terrã bonã et dabat fructũ ascẽdentẽ et crescẽtem: et afferebat vnũ tricesimũ: et vnũ sexagesimũ: et vnũ cẽtesimũ. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. ¶ Feria. vi. Ad corinthios. ii. b.

Fratres. Scientes timorẽ dñi hominibus suademus: deo aũt manifesti sumus. Spero aũt et i cõsciẽtiis vr̃is manifestos nos eẽ. Nõ enim iterũ cõmendamus nos vobis: sed occasionẽ damus vobis glo-

niandi ꝑ nobis vt habeatis ad eos q̇ in fa=
cie gloriant̄ et nō ī corde. Siue eī mēte ex=
cedimus deo: siue sobrii sumus vobis. Ca
ritas eī xp̄i: vrget nos. Estimātes hoc qm̄
si vn⁹ ꝑ oīb⁹ mortuus ē: ergo oēs mortui
sūt. Et ꝑ oīb⁹ mortuus ē xp̄s/ vt ⁊ qui vi=
uūt iā nō sibi viuāt: sed eī q̇ ꝑ ipis mortu⁹
est et resurrexit. Secundū lucam.xvii.

In illo tp̄e. Interrogat⁹ iesus a phari
seis: qn̄ vēiet regnū dei: rn̄dit eis et
dixit. Nō veniet regnū dei cū obseruatōe:
neq̧ dicēt, ecce hic aut ecce illic. Ecce eniꝫ
regnū dei: itra vos ē. Et ait ad discipulos
suos. Uenient dies: qn̄ desideretis videre
vnū diē filii hoīs: ⁊ nō videbitis. Et dicēt
vobis. Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire: ne=
q̧ sectamini. Nā sicut fulgur chorușcans
de sub celo: in ea q̄ sub celo sunt fulget: ita
erit filius hoīs in die sua. Primū aūt opor
tet illū multa pati: et reprobari a gn̄atiōe
hac. Et sicut factū est ī diebus noe: ita erit
et in diebus filii hoīs. Edebāt et bibebant
vxores ducebāt: ⁊ dabāt̄ ad nuptias: vsq̧
ī diē qua intrauit noe in archā: et venit di=
luuiū: et ꝑdidit oēs. Siliter sicut factū ē in
dieb⁹ loth: edebāt et bibebāt: emebāt ⁊ vē=
debāt: plātabāt et edificabāt. Qua die au
tē exiit loth a sodomis: pluit ignem et sul=
phur de celo: et oēs perdidit. Secūduꝫ hec
erit: qua die filius hoīs reuelabit̄. In illa
hora q̇ fuerit ī tecto et vasa ei⁹ in domo: ne
descēdat tollere illa. Et q̇ ī agro siliter nō
redeat retro. Memores estote vxoris loth.
Quicūq̧ q̄sierit aīam suā saluā facere: ꝑ=
det illā. Et q̇cūq̧ ꝑdiderit illā: viuificabit
eā. Dico vobis in illa nocte erūt duo in le=
cto vno vn⁹ assumet̄: et alter relinq̄t̄. Due
erūt molētes ī vnū: vna assumet̄: et alt̄a re
linq̄tur. Duo in agro vn⁹ assumet̄: ⁊ alter
relinq̄t̄. Rn̄dētes dicūt illi. Ubi dn̄e? Qui
dixit illis. Ubicūq̧ fuerit corpus: illuc con
gregabuntur ⁊ aquile.

¶ Dominica ī quinquagesima Officiū.

Esto michi in deū ꝓtectorē: et ī
locū refugii vt saluū me facias
qm̄ firmamentū meū et refugi
um meum es tu: et ꝓpter no=
mē tuū dux michi eris et enutries me. Ps.
In te dn̄e speraui nō cōfūdar ī eternū: ī iu=
stitia tua libera me et eripe me. Orō

Preces nostras q̄s dn̄e clemēter ex=
audi atq̧ a pctōꝝ vinculis absolutos: ab
oī aduersitate custodi. Per. Ad cor.i.xiii.

Fratres. Si linguis hoīm loquar
et angeloꝝ: caritatē aūt nō habeaꝫ
factus sū velut es sonans aut cimbalū tin
niens. Et si habuero ꝓphetiā: ⁊ nouerim
mysteria oīa et oēm scientiā: et si habuero
oēm fidē: ita vt montes transferam: cari=
tateꝫ aūt nō habuero: nichil sum. Et si di=
stribuero in cibos pauperū oēs facultates
meas: et si tradidero corpus meum ita vt
ardeam: charitateꝫ autem non habuero:
nichil michi prodest. Caritas patiens est:
benigna est. Caritas non emulatur: non
agit perperam: non inflatur: non est am=
biciosa: non querit que sua sunt: non ir=
ritatur: non cogitat malum: non gaudet
super iniquitate: congaudet autem veri
tati. Omīa suffert: oīa credit: omīa sperat:
oīa sustinet. Caritas nūq̄ꝫ excidit. Siue ꝓ
phetie euacuabūt̄: siue lingue cessabūt: si=
ue sciētia destruet̄. Ex parte eīm cognosci
mus: et ex parte ꝓphetamus. Cū autē ve
nerit qđ ꝑfectū est: euacuabit̄ qđ ex parte
est. Cū essem paruulus: loq̄bar vt paruu=
lus: sapiebā vt paruulus: cogitabā vt par
uulus. Qn̄ aūt fact⁹ sū vir: euacuaui que
erāt paruuli. Uidemus nūc ꝑ speculum ī
enigmate: tunc aūt facie ad faciē. Nūc co=
gnosco ex parte: tūc aūt cognoscam sicut
⁊ cognitus sū. Nūc aūt manēt fides: spes
caritas: tria hec: maior autē horum: est ca
ritas. Gr. Tu es de⁹ q̇ facis mirabilia so
lus: notam fecisti in gentib⁹ virtutē tuā.
℣. Liberasti in brachio tuo ꝑplm̄ tuū fili
os israel iacob et ioseph. Tractus.

Iubilate deo oīs terra: seruite dn̄o ī
letitia. ℣. Introite in conspectu ei⁹ ī
exultatione. ℣. Scitote qm̄ dn̄s ip̄e ē de⁹.
℣. Ip̄e fecit nos et nō ipi nos: nos aūt po=
pul⁹ ei⁹ et oues pascue ei⁹. S. lucā. xviii.

In illo tp̄e Assūpsit iesus duodecim
discipulos suos: ⁊ ait illis. Ecce ascē
dimus hierosolimā ⁊ ꝯsūmabūt̄ oīa que
scripta sūt: ꝑ ꝓphetas de filio hoīs. Tra=
detur eīm gentib⁹ ⁊ illudet̄: et flagellabit̄ ⁊
ꝯspuet̄. Et postq̄ꝫ flagellauerint: occident

eū:et die tertia resurget. Et ipi nichil hoꝝ intellexerūt. Erat aūt verbū istud abscon-ditū ab eis:ꝛ nō intelligebant q̄ dicebant. Factū est autē cū appꝛopinquaret hierico cecus q̄dā sedebat secus viā mēdicās. Et cū audiret turbā pꝛetereūtē: interrogabāt q̄d hoc eēt. Dixerūt aūt ei q̄d iesus nazare nus transiret. Et clamauit dicēs. Jesu fi-li dauid:miserere mei. Et q̄ pꝛeibāt incre-pabāt euꝫ vt taceret. Ipse vero multoma-gis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stans aūt iesus iussit illū adduci ad se. et cū appꝛopinquasset:interrogauit illū di-cēs. Quid tibi vis faciā? At ille dixit. Dn̄e vt videā. Et iesus dixit illi. Respice. Fides tua te saluū fecit. Et ꝯfestim vidit: et seq̄-bat eū magnificans deū. Et oīs plebs vt vidit:dedit laudem deo. Offꝛ. Benedict⁹ es dn̄e doce me iustificationes tuas: bn̄di ctus es dn̄e doce me iustificationes tuas: in labiis meis ꝓnunciaui oīa iudicia oꝛis tui. ℣. Beati īmaculati ī via q̄ ambulant ī lege dn̄i:bti q̄ scrutantur testimonia ei⁹ in toto coꝛde exq̄rūt eū. ℣. Aufer a plebe tua oppꝛobꝛiū et cōtēptū q2 mādata tua non sumus obliti domine. Secreta.

Hec hostia q̄s dn̄e emūdet nostra de licta:et sacrificiū celebꝛandū:subdi-toꝝ tibi coꝛpoꝛa mētesq̄ sctificet. Per do. Pꝛefatio quotid. Cōio. Māducauerūt et saturati sūt nimis:et desideriū eoꝛuꝫ attu-lit eis dn̄s:nō sūt fraudati a desiderio suo.

Quesumus oṗs de⁹: vt q̄ celestia ali mēta pcepimus p hec cōtra oīa ad uersa muniamur. Per dn̄ꝫ. ¶ Fer. iiii. in capite ieiunii p⁹ sextā īpꝛimis fiat sermo ad pplm̄ si placuerit. Deīde ꝓsternāt se cle rici in choꝛo:ꝛ dicāt septē psalmos penitē tiales cū Glia patri. et Sicut erat. Et ān. Ne reminiscaris. Excellētioꝛ ẜo sacerd. ī-dutus vestib⁹ sacerd. ī cappa serica rubea cū dyacono a dextris ꝛ subdyacono a sini stris cū ceťis mīstris altaris:q̄ oēs sint al-bis cū amictib⁹ induti ante altare dicāt ꝓ se septē ps̄os. pēitentiales in ꝓstratione cū ān Ne reminiscaris. Psalmus.

Domine ne ī furoꝛe tuo arguas me neq̄ in ira tua coꝛripias me. Mise-rere mei dn̄e q̄m infirm⁹ sū: sana me dn̄e q̄m ꝯturbata sunt ossa mea. Et aīa mea turbata est valde:sed tu dn̄e vsq̄quo. Con uertere dn̄e et eripe aīam meaꝫ: saluū me fac ꝓpter mīam tuā. Q̄m nō ē in moꝛte q̄ memoꝛ sit tui:ī iferno aūt q̄s ꝯfitebiť ti-bi. Laboꝛaui ī gemitu meo:lauabo p sin gulas noctes lectū meū: lachꝛymis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furo-re ocul⁹ me⁹: inueteraui iter oēs īimicos meos. Discedite a me oēs q̄ opamini ini quitatē:q̄m exaudiuit dn̄s vocē flet⁹ mei. Exaudiuit dn̄s depꝛecationē meā: domi-nus oꝛationē meā suscepit. Erubescāt et cōturbentur vehemēter oēs inimici mei: cōuertanť et erubescant valde velociter. Gloꝛia patri et filio. Psalmus.

Beati quoꝝ remisse sūt iniq̄tates:et quoꝝ tecta sūt pcā. Btūs vir cui nō imputauit dn̄s pctm̄:nec est in spū ei⁹ do-lus. Q̄m tacui inueterauerūt ossa mea: dū clamarē tota die. Q̄m die ac nocte graua ta ē sup me man⁹ tua:ꝯuersus sū in erūna mea dū ꝯfigiť spina. Delictū meū cogni-tū tibi feci:et iiusticiā meā nō abscōdi. Di xi ꝯfiteboꝛ aduersū me iiusticiā meā dn̄o: et tu remisisti īpietatē pctī mei. Pꝛo hac oꝛabit ad te oīs sctūs:in tp̄e opoꝛtuno. Ve-rūtn̄ in diluuio aq̄ꝝ multarū:ad eū nō ap-pꝛoximabūt. Tu es refugiū meū a tribu-latōe q̄ circūdedit me:exultatio mea erue me a circūdātib⁹ me. Intellectū tibi da-bo et instruā te in via hac qua gradieris: fir mabo sup te oculos meos. Nolite fieri si-cut equus et mulus:q̄bus nō est intellect⁹. In chamo et freno maxillas eoꝝ ꝯstrin-ge:qui nō appꝛoximant ad te. Multa fla-gella pctōris:sperātē aūt in dn̄o mīa circū dabit. Letamini ī dn̄o ꝛ exultate iusti:ꝛ glo riamini oēs recti coꝛde. Gloꝛia patri ps.

Domine ne in furoꝛe tuo arguas me: neq̄ ī ira tuā coꝛripias me. Q̄m sa-gitte tue īfixe sūt michi:ꝛ ꝯfirmasti super me manū tuā. Nō ē sanitas in carne mea a facie ire tue: nō ē pax ossib⁹ meis a facie pctōꝝ meoꝝ. Q̄m iniquitates mee super-gresse sūt caput meū: et sicut onus graue grauate sūt sup me. Putruerūt et coꝛrupte sunt cicatrices mee:a facie insipiētie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsq̄

mē:tota die cōtristat⁹ ingrediebar. Qm̄
lūbi mei impleti sūt illusionib⁹:et nō ē sa-
nitas in carne mea. Afflictus sū ⁊ humi-
liatus sum nimis:rugiebā a gemitu cor-
dis mei. Dñe ante te oē desideriū meū:⁊
gemitus meus a te nō est abscōdit⁹. Cor
meū ꝯturbatū est dereliq̄t me ṽtus mea:
et lumē ocl'oꝝ meoꝝ ⁊ ip̄m nō est mecū.
Amici mei et ꝓximi mei:aduersū me ap
ꝓpinquauerūt et steterūt. Et q̄ iuxta me
erant delōge steterūt: et vim faciebāt q̄ q̄-
rebant aīam meā. Et q̄ inq̄rebant mala
michi locuti sunt vanitates:et dolos tota
die meditabantur. Ego aūt tanq̄ surdus
nō audiebā:et sicut mutus nō aperiēs os
suū. Et fact⁹ sū sicut hō nō audiēs: et non
habēs in ore suo redargutiones. Qm̄ i te
dñe speraui:tu exaudies me dñe de⁹ me⁹.
Qr dixi neq̄n supgaudeāt michi inimici
mei:et dū cōmouēt pedes mei sup me ma
gna locuti sunt. Qm̄ ego in flagella para
tus sum:et dolor me⁹ in cōspectu meo sp.
Qm̄ iniq̄tatē meā ānūciabo: et cogitabo
pro pctō meo. Inimici aūt mei viuūt et cō-
firmati sūt sup me:et multiplicati sūt qui
oderūt me iniq̄. Qui retribuūt mala p bo
nis detrahebāt michi:qm̄ seq̄bar bonitatē
Ne derelinquas me dñe de⁹ me⁹:ne disces
seris a me. Intēde in adiutoriū meū: dñe
deus salutis mee. Gloria patri. Psalm⁹.

MIserere mei deus:secūdū magnā
mīam tuam. Et secūdū multitu-
dinē miserationū tuarū:dele iniquitatem
meam. Amplius laua me ab iniquitate
mea:et a pctō meo mūda me. Qm̄ iniq̄ta
tē meā ego cognosco:⁊ pctm̄ meū contra
me est semp. Tibi soli peccaui ⁊ malū co-
rā te feci:vt iustificeris in sermonib⁹ tuis
et vincas cū iudicaris. Ecce eīm in iniq̄tati
b⁹ ꝯcept⁹ sū:et in pctīs ꝯcepit me mr̄ mea.
Ecce eñ ṽitatē dilexisti:īcerta et occulta sa
piētie tue māifestasti michi. Asperges me
dñe ysopo ⁊ mūdabor lauabis me: et sup
niuē dealbabor. Auditui meo dabis gau
diū ⁊ leticiā:⁊ exultabūt ossa hūiliata Auer
te faciē tuā a pctīs meis:⁊ oēs iniq̄tates me
as dele. Cor mundū crea ī me de⁹:et spm̄
rectū inoua ī visceribus meis Ne piicias
me a facie tua: ⁊ spiritū sc̄tm̄ tuū ne aufe-
ras a me. Redde michi letitiā salutaris
tui:⁊ spiritu principali cōfirma me. Do-
cebo iniquos vias tuas:⁊ impii ad te con-
uertētur. Libera me de sanguinib⁹ deus
deus salutis mee:⁊ exultabit lingua mea
iusticiā tuā. Dñe labia mea aperies ⁊ os
meū annūciabit laudē tuā. Quoniā si vo
luisses sacrificiū dedissē:vtiq̄ holocaustis
nō delectaberis. Sacrificiū deo spirit⁹ cō
tribulatus:cor contritū ⁊ humiliatū deus
nō despicies. Benigne fac domine in bo-
na volūtate tua syō:vt edificētur muri hie
rusalē. Tūc acceptabis sacrificiū iusticie
oblationes ⁊ olocausta:tūc ponēt sup al-
tare tuū vitulos. Gloria. Psalmus.

DOmine exaudi orationē meā ⁊ cla
mor meus ad te veniat. Nō auer-
tas faciē tuā a me:in quacūq̄ die tribulor
inclina ad me aurē tuā. In quacūq̄ die ī
uocauero te:velociter exaudi me. Qr de-
fecerūt sicut fum⁹ dies mei: ⁊ ossa mea si-
cut cremiū aruerūt. Percussus sū vt feniū
⁊ aruit cor meū qr oblit⁹ sū comedere pa-
nē meū. A voce gemit⁹ mei adhesit os me
um carni mee. Similis fact⁹ sū pellicano
solitudīs:fact⁹ sū sicut nicticorax ī domici
lio. Uigilaui:⁊ fact⁹ sū sicut passer solita-
rius ī tecto. Tota die exprobrabāt michi
inimici mei:⁊ q̄ laudabāt me aduersū me
iurabāt. Qr cinerē tanq̄ panē māducabā
⁊ potū meū cū fletu miscebā. A facie ire ī-
dignatōis tue:qr eleuās allisisti me. Dies
mei sicut vmbra declinauerūt:⁊ ego sicut
fenū arui. Tu aūt dñe ieternū pmanes:⁊
memoriale tuū ī gñatione ⁊ generationē
Tu exurgēs dñe misereberis syō: qr tēp⁹
miserēdi ei⁹ qr venit tēp⁹. Qm̄ placuerūt
seruis tuis lapides ei⁹:⁊ terre ei⁹ miserebū
tur. Et timebunt gentes nomen tuū do
mine:⁊ omnes reges terre gloriā tuā Qr
edificauit dn̄s syon: ⁊ videbitur in gloria
sua. Respexit in orationem humilium:
⁊ non spreuit precem eorum. Scribātur
hec in generatione altera:⁊ populus qui
creabitur laudabit dominum Quia pro
spexit de excelso sancto suo:dn̄s de celo in
terram aspexit Ut audiret gemitus com
peditorum:vt solueret filios interempto
rum. Ut annuncient in syon nomen

dñi:et laudẽ ei⁹ in hier̃lz. In ꝯueniẽdo populos in vnũ:et reges vt seruiãt dño. Respõdit ei in via virtutis sue:paucitatẽ dierũ meoꝝ nũcia michi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meoꝝ:in gñatõe et gñatione anni tui. Initio tu dñe terrã fundasti: et opa manuũ tuarũ sunt celi. Ipi pibũt tu aũt pmanes:et oẽs sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertoriũ mutabis eos et mutabũtur:tu autẽ idẽipe es ꝛ anni tui nõ deficient. Filii seruoꝝ tuoꝝ habitabunt:et semen eoꝝ in sc̃lm dirigetur. Gloria patri et filio. Psalmus.

De profundis clamaui ad te dñe:domine exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue intendentes: in vocẽ deprecatiõis mee. Si iniq̃tates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit Qꝛ apud te propiciatio ẽ: et ppter legeꝫ tuã sustinui te dñe. Sustinuit aĩa mea ĩ verbo eius:sperauit anima mea in dño. A custodia matutĩa vsqꝫ ad noctẽ:speret israel in dño. Quia apud dominũ mĩa:et copiosa apđ eũ redẽptio. Et ipe redimet isrl̃:ex oĩbus iniquitatib⁹ ei⁹. Gloria patri et filio. Psalmus.

Domĩe exaudi orationẽ meã aurib⁹ pcipe obsecrationẽ meã ĩ vitate tua exaudi me in tua iusticia. Et nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo:qꝛ nõ iustificabit̃ ĩ cõspectu tuo oĩs viuẽs. Qꝛ psecutus est inimicus aĩam meã: humiliauit in terra vitã meã. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi:ꝛ anxiatus est sup me spiritus meus/in me turbatũ est coꝛ meum. Memor fui dierũ antiquoꝝ meditat⁹ sũ/ĩ oĩbus opib⁹ tuis:in factis manuũ tuaruꝫ meditabar. Expandi manus meas ad te aĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe:defecit spũs me⁹. Non auertas faciẽ tuã a me:et silis ero descendentib⁹ in lacũ. Auditã fac michi mane mĩam tuam:qꝛ in te speraui. Notam fac michi viã in qua ambulẽ:qꝛ ad te leuaui aĩaꝫ meã. Eripe me de inimicis meis domine ad te cõfugi doce me facere volũtatẽ tuã:qꝛ de⁹ meus es tu. Spũs tuus bonus deducet me ĩ terrã rectã:ppter nomẽ tuũ dñe:viuificabis me ĩ eq̃tate tua. Educes de tribulatione aĩaꝫ meã: et ĩ mĩa tua dispdes oẽs inimicos meos. Et pdes oẽs qui tribulant aĩam meã: qm̃ ego seruus tuus sum. Gloria. An. Ne reminiscaris dñe delicta nr̃a vel parẽtũ nr̃oꝝ neqꝫ vindictã sũas de pctis nr̃is. Kyriel. Xpe el. Kyriel. Pater nr̃. ¶ Et hec oĩa sine nota dñr tã a sacerd. q̃ a toto choro:puero interim tenẽte vexillũ cilicinũ ppe sinistrũ cornu altaris. Deinde erigat se sacerd. cũ dyacono et subdyacono:et solus dicat sup ppl̃m conuersus ad orientem corã dextro cornu altaris hoc mõ. Et ne nos ĩducas in tẽtationẽ. Chorus rñdeat: Sed libera nos. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Mitte eis dñe auxiliũ de scõ. Et de syon tuere eos. Conuertere dñe vsqꝫquo. Et depcabilis esto super seruos tuos. Adiuua nos deus salutaris nr̃. Et ppter gloriã nõis tui dñe libera nos: propicius esto pctis nr̃is ppter nomẽ tuũ. Dñe exaudi orõnem meã. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscũ. Oremus.

Exaudi q̃s dñe preces nr̃as ꝛ ꝯfitẽtiũ tibi parce pctis vt quos ꝯsciẽtie reatus accusat:indulgentia tue miseratiõis absoluat. Per xp̃ꝫ. R. Amẽ. Et oẽs orõnes dicũt̃ cũ Oremus et finiãt̃ more lectõis. Non dr̃ Dñs vobiscũ nisi añ primã orõnẽ tñ. Alia orõ cum Oremus. Oratio.

Adsit q̃s dñe famulis tuis inspiratio grẽ salutar:q̃ corda eoꝝ fletuũ vbertate resoluat:sicqꝫ macerando ꝯficiat vt iracũdie tue motus idonea satisfactiõe ꝯpescat. Per xp̃m. Oremus. Orõ.

Da q̃s dñe deus nr̃ his famulis tuis cõtinuam purgationis sue obseruantiã penitendo gerere:et vt hoc efficacius implere valeãt grã eos tue visitationis pueniat ꝛ subsequat̃. Per xp̃ꝫ. Orem⁹. Orõ.

Preueniat hos famulos tuos q̃s dñe mus dñe misericordia tua: vt oẽs iniq̃tates eorum celeri indulgentia deleãtur. Per xp̃m. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicatiõib⁹ nostris: nec sit ab his famulis tuis clementie tue lõginqua miseratiõ: sana vulnera eorũqꝫ remitte pctã: vt nullis a te iniq̃tatibus separati: tibi domino semper valeãt adherere. Per xp̃m. Oremus. Orõ.

Domine de⁹ nr̄ q̄ offensione nr̄a nō vinceris:sed satisfactiōe placaris re- spice q̄s sup famulos tuos:q̄ se tibi graui- ter peccasse ɔfitent̄.tuū est ei absolutionē criminū dare:⁊ veniā pstare peccātib⁹ q̄ di xisti:penitentiā te malle pctōꝝ: q̄ mortē. concede ergo dn̄e his famulis tuis:vt tibi penitentie excubias celebrent: et correctis actibus suis/conferri sibi a te sempiterna gaudia gratulentur.Per xp̄m. Oremus.

Deus cui⁹ indulgentia oīs homo i- diget memēto famuloꝝ famularū q̄ tuarū:et q2 lubrica terrenaq̄ corpis fra gilitate nudati virtute in multis delique rūt:q̄s vt veniā ɔfitētibus:parcas suppli- cibus vt q̄ suis meritis accusant̄:tua mise ratiōe saluent̄.Per xp̄m. Hic nō dr̄ Dn̄s vo bis.neq̄ Orem⁹.s3 vertat se sacer. ad ppl̄3 ⁊ extēdēs manū dicat sup eos sine nota:s3 audiētia hoc mō.

Absoluimus vos vice bt̄i petri aplōꝝ principis cui collata est a dn̄o ptās ligandi atq̄ sol- uendi ⁊ quātū ad vos ptinet accusatio et ad nos remissio: sit vobis oīpotens deus vita et salus et oīm pctōrum vestroꝝ pi⁹ indultor. Qui viuit et regnat cū deo p̄re. Deide surgāt oēs a pstratōe osculātes ter rā vel formulas:sacerdote dicente.Qui vi uit. ⁊c. Deide fiat bn̄dictio cineꝝ:sine Do min⁹ vobis. ⁊ sine Orem⁹ a sacerd. ad ori- entē ɔuerso.

Omnipotens sempit̄ne de⁹ q̄ misereris oīm:et nichil odisti eoꝝ q̄ fecisti:dissimulās pctā hoīs ppter peni- tentiā:q̄ etiā subuenis i necessitate laborā tib⁹ bn̄ ✠ dicere ⁊ scti ✠ ficare hos cineres dignare:quos cā humilitatis et sctē religi onis ad emūdāda delicta nr̄a: sup capita nostra more niniuitarū ferre cōtulisti: et da p inuocationē scti tui nomis: vt oēs q̄ eos ad depcādā mīam tuā sup capita sua tulerit a te mereant̄ oīm delictoꝝ suoꝝ ve niā accipe:et hodie sic eoꝝ inchoare sctā ie iunia:vt i die resurrectionis purificati mē tib⁹ ad sanctū mereant̄ accedere pascha: ⁊ in futuro ppetuā accipe gloriā. Per. Hic aspgat̄ aqua bn̄dicta sup cineres. Deide dr̄ Dn̄s vobiscū.et Oremus. Orō.

Deus q̄ non mortē sed penitētiā de sideras pctōꝝ fragilitatē cōditiōis hūane benignissime respice:et hos cineres quos causa pferēde humilitatis atq̄ pmerēde venie capitibus nr̄is iponi decreuim⁹ be ne ✠ dicere et scti ✠ ficare p tua pietate di gneris:vt qui nos cineres eē monuisti et ob prauitatis nr̄e meritū i puluerē reuer suros cognoscimus pctōꝝ oīm veniā ⁊ p̄ mia penitētib⁹ repromissa:misericorditer cōsequi mereamur.Per. Postea distribu ant̄ cineres sup capita clericoꝝ et laicoꝝ a dignioꝛib⁹ psonis signo crucis cinerib⁹ signēt sic dicēdo.Memento hō q̄ cinis es et in cinerē reuerteris. In noīe pr̄is et filii et sp̄us scti Amē et interim cantēt sequen- tes añ. Exaudi nos dn̄e qm̄ benigna est mīa tua:secūdū multitudinem miseratio nū tuaꝝ respiciēs dn̄e. ps. Saluū me fac deus:qm̄ intrauerūt aque vsq̄ ad animā meā. Nō dr̄ nisi prim⁹ ꝟ. ps.s3 statī sequa- tur. Glīa. Deīde repetat̄ añ. Exaudi. Alia añ Iuxta vestibulū et altare plorabāt sa- cerdotes et leuite ministri dn̄i dicētes:par ce dn̄e parce ppl̄o tuo:⁊ ne dissipes ora cla mātiū ad te dn̄e. Alia añ Immutemur ha- bitu in cinere et cilicio:ieiunemus et plo- remus ante dn̄m:q2 multū misericors est dimittere pctā nostra de⁹ nr̄. Peracto hoc officio dicat sacerd.ad gradu3 chori. Dn̄s vobiscum.et Oremus. Orō

Deus qui iuste irasceris et clemēter ignoscis:afflicti populi tui lachry- mas suscipe:et irā tue indignationis quā iuste meret̄ ppiciatus auerte. Per xp̄m.

Alia oratio cum Oremus.

Concede nobis q̄s dn̄e presidia mi- litie xp̄iane sic sanctis inchoare ieiuniis: vt cōtra sp̄uales nequitias pugnaturi: cō tinentie muniamur auxiliis. Per. ¶ Eie ctis penitentibus vt patet officiū in pces- sionalibus incipiatur missa hoc modo.

Misereris omnium domine et nichil odisti eorum que fecisti: dissimulans peccata hominu3 propter penitentiam et parcēs illis quia tu es dominus deus noster. ps. Miserere mei deus miserere mei: quoni- am in te confidit anima mea. Non repe tatur officium: sed statim sequatur Glo- ria patri et filio et filio ⁊c. Dicto Kyrie.

sacerd.dicat Dñs vobiscum. ⁊ Oremus. ⁊ postea dicat dyaconus. Flectam⁹ genua. et tunc oēs genu flectent. deinde dyacono dicente sic. Leuate. surgāt oēs osculantes formulas. Oratio.

Presta q̄s dñe fidelibus tuis: vt ieiuniorꝫ venerāda solēnia ⁊ ɔgrua pietate suscipiāt: et secura deuotione pcurrāt. Per. Ab hac die vsqꝫ ad cenā dñi in oībus missis de ieiunio: fiat memoria p penitēti bus cū hac or. Exaudi q̄s dñe suppl. vt patet in fine libri. Hac die et tribus diebus sequētibus quiqꝫ dicūtur orōnes sicut i p̄ria dñica aduentus dñi supra dictum est.

Lectio Johelis p̄phete. ii.

Hec dicit dñs. Conuertimini ad me in toto corde vestro: i ieiunio ⁊ fletu et plāctu: ⁊ scindite corda vestra ⁊ nō vestimēta vestra. Et cōuertimini ad dñm deuꝫ vestrū: q2 benign⁹ ⁊ misericors est patiens et multe mīe et prestabilis super malicia. Quis scit si cōuertatur ⁊ ignoscat deus: ⁊ relinquat post se bñdictionē: Sacrificiū et libamen: dño deo nostro. Canite tuba i syō sanctificate ieiuniū: vocate cetū congregate populū. sctificate ecclesiā. Coadunate senes cōgregate paruulos: et suggentes vbera. Egrediatur spōsus de cubili suo: ⁊ spōsa de thalamo suo. Inter vestibulū ⁊ altare plorabunt sacerdotes ministri dñi et dicent. Parce dñe parce pplo tuo: ⁊ ne des hereditatē tuā in opprobriū vt dñent eis nationes. Quare dicūt in populis: vbi est de⁹ eorꝫ: zelatus est dñs terrā suā ⁊ pepcit pplo suo. Et r̄ndit dñs: ⁊ dixit populo suo. Ecce ego mittā vobis frumētuꝫ et vinū et oleū et replebimini in eis: et nō dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Dicit dñs oꝑs.

Gr. Miserere mei deus: miserere mei q̄m in te cōfidit ala mea. ℣. Misit de celo et liberauit me. dedit in opprobriū cōculcātes me. Chorus alternatim dicat. Tractus.

Domine nō scdm pctā nr̄a q̄ fecim⁹ nos: neqꝫ scdm iniq̄tates nr̄as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̄tatum nostrarꝫ antiquarꝫ: cito anticipēt nos mīe tue: q2 pauperes fcti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio cum dr ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ p̄pter gl'iam nois tui domine libera nos: ⁊ p̄picius esto pctis nostris: p̄pter nomen tuū. Iste tr. dr oī. ii. feria ⁊. vi. feria: ad missā de ieiunio: vsqꝫ ad cenā dñi. Scdm matheum. vi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant eīn facies suas: vt appareāt hoībus ieiunātes. Amē dico vobis: receperūt mercedē suam. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū: et faciē tuā laua: ne videaris hoībus ieiunās: sed patri tuo qui est in abscondito: et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo et tinea demolit: ⁊ vbi fures effodiunt et furant. Thesaurizate aūt vobis thesauros in celo vbi neqꝫ erugo: neqꝫ tinea demolitur: et vbi fures non effodiūt neqꝫ furant. Vbi ei est thesaurus tu⁹: ibi est ⁊ cor tuum.

Offr. Exaltabo te dñe q̄m suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me: dñe clamaui ad te ⁊ sanasti me. ℣. Dñe abstraxisti ab inferis aīam meam: saluasti me a descēdentibus in lacum. Secreta.

Hac nos dñe q̄s his muneribus offerēdis ɔueniēter aptari quib⁹ ip̄ius venerabilis ieiunii celebram⁹ exordiū. Per.

Prefatio. Qui corporali ieiunio. Hec p̄fatio dr in oī missa de ieiunio vsqꝫ ad cenam dñi: ⁊ Flectā⁹ genua. Leuate. ⁊ Humiliate capita vr̄a deo. Cōi. Qui meditabit i lege dñi die ac nocte: dabit fructū suū i tp̄e suo. Postcōio.

Percepta nobis dñe p̄beant sacramenta subsidiū: vt ⁊ tibi grata sint nostra ieiunia: ⁊ nobis p̄ficiant ad medelā. Per. Finitis postcōmuniōib⁹ preter illā q̄ dicit sup populū sic. Per oīa secula seculorū Amen. Dicat sacerd. Oremus. Deinde dicat dyaconus. Humiliate capita vestra deo. Sup pplm. Orō.

Inclinātes se dñe maiestati tue p̄piciatus intēde: vt qui diuino munere sunt refecti/celestib⁹ sēp nutriant auxiliis. Per. Et sic missa cū Benedicamus dño. finiat. Feria. v. Ad missam. Officium.

Dum clamarem ad dñm exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant michi et hūiliauit eos q̄ est āte secula ⁊ manet

in eternum: iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam: intende michi et exaudi me. Gloria. Flectamus genua. Leuate.

Deus qui culpa offenderis penitentia placaris preces populi tui supplicantis propicius respice: et flagella tue iracundie que pro peccatis nostris meremur propiciatus auerte. Per. Lectio Isaie prophete. xxxviii.

In diebus illis. Egrotauit ezechias usque ad mortem: et introiuit ad eum ysaias filius amos propheta: et dixit ei. Hec dicit dominus. Dispone domui tue: quia morieris tu et non viues. Et conuertit ezechias faciem suam ad parietem: et orauit ad dominum et dixit. Obsecro domine: memento queso: quomodo ambulauerim coram te in veritate et in corde perfecto: et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factum est verbum domini ad ysaiam prophetam dicens. Uade: et dic ezechie. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui orationem tuam: et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis assiriorum eruam te: et ciuitatem istam: et protegam eam dicit dominus omnipotens. Gr. Iacta cogitatum tuum in domino: et ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam: ab his qui appropinquant michi Repetatur gr. Secundum matheum. viii.

In illo tempore. Cum introisset iesus capharnaum: accessit ad eum centurio: rogans eum et dicens. Domine puer meus iacet in domo paraliticus: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio: ait. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus: habens sub me milites: et dico huic vade: et vadit: et alio veni: et venit: et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem iesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis: quod multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum abraham/ ysaac/ et iacob in regno celorum. Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit iesus centurioni. Uade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Offer. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. V. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus salutaris meus: et te sustinui tota die. Secreta.

Offerimus tibi domine munera que dedisti: vt et creationis tue circa mortalitatem nostram testificentur auxilium/ et remedium nobis immortalitatis operentur. Per. Com. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta super altare tuum domine. Postcom.

Concede fidelibus tuis domine quesumus et sine cessatione capere paschalia sacramenta: et desideranter expectare ventura vt in misteriis quibus renouati sunt permanentes: ad nouam vitam his operibus perducantur. Per. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Parce domine parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus: in tua miseratione respiret. Per dominum nostrum.

¶ Feria. vi. in capite ieiunii. Officium.

Audiuit dominus et misertus est michi: dominus factus est adiutor meus. Ps. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. Gloria. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Inchoacta ieiunia quesumus domine benigno fauore prosequere: vt obseruantiam quam corporaliter exhibemus mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per.

¶ Lectio Isaie prophete. lviii.

Hec dicit dominus deus. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. Et annuncia populo meo scelera eorum: et domui iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt: et scire vias meas volunt: quasi gens que iusticiam fecerit: et que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iusticie: et appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus et non aspexisti: humiliauimus animas nostras et nescisti: Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra: et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem vt audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est ieiunium quod elegi: per diem affligere hominem animam suam. Numquid contorquere quasi circulum caput suum: et saccum et ci

nerem sternere. Nūquid istud vocaui ieiuniū ⁊ diē acceptabilem dn̄o? Nōne hoc est magis ieiuniū qđ elegi? Dissolue colligationes ipietatꝫ: solue fasciculos deprimētes: dimitte eos qui cōfracti sunt liberos: ⁊ oē onus disrumpe. Frange esurienti panem tuū: ⁊ egenos vagosq; induc in domū tuā: Cū videris nudū operi eū ⁊ carnē tuam ne despexeris. Tūc erūpet quasi mane lumē tuū: et sanitas tua citiꝰ orieť: ⁊ anteibit faciē tuam iusticia tua: ⁊ glia dn̄i colliget te. Tūc inuocabis: ⁊ dn̄s exaudiet Clamabis et dicet ecce assum. Qr misericors suz dn̄s deus tuꝰ. Gr. Unā petii a dn̄o hanc reqrā vt inhabitē in domo dn̄i. ℣. Ut videā volūtatē dn̄i ⁊ ꝓtegar a tēplo sctō eiꝰ. Tractꝰ.

DOmine nō scđm pctā nostra q̄ fecimus nos: neq; scđm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniqtatū nostrarū antiquaꝝ: cito anticipent nos mīe tue: qr pauperes facti sumꝰ nimis. Hic nō fiat genuflectio cū dr̄ ℣. Adiuua nos deꝰ salutarꝭ noster: ⁊ ꝓpter gliaz noīs tui dn̄e libera nos: ⁊ ꝓpiciꝰ esto pctis nr̄is: ꝓpter nomē tuū. Scđz matheū. v.

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis: Audistis qr dictū est. Diliges ꝓximū tuū: ⁊ odio habebis īimicū tuū. Ego aūt dico vobis. Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos: et orate ꝓ ꝑsequētibus ⁊ calūniātibus vos vt sitis filii patris vestri qui in celis est. Qui solem suū oriri facit super bonos ⁊ malos: ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos. Si ei diligitis eos qui vos diligunt: quā mercedē habebitis? Nōne ⁊ publicani hoc faciūt? Et si salutaueritis fratres vestros tm̄: qđ amplius facietis? Nōne ⁊ ethnici hoc faciūt? Estote ergo et vos ꝑfecti: sicut ⁊ pater vester celestis ꝑfectus est. Attendite ne iusticiā vestrā faciatis corā hoībus: vt videamini ab eis. Alioqui mercedē nō habebitis: apud prēz vestrū q̄ in celis est. Cū facis ergo elemosinā noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciūt in synagogis et in vicis: vt honorificenť ab hoībus. Amē dico vobis: receperūt mercedē suā. Te aūt faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua vt sit elemosina tua in abscondito: ⁊ pater tuus qui videt in abscōdito reddet tibi. Et cum oratis: nō eritꝭ sicut hypocrite q̄ amāt in synagogis et in angulis plateaꝝ stantes orare: vt videantur ab hoībus. Amen dico vobis: receperunt mercedē suaz. Tu aūt cū oraueris: ītra in cubiculū tuū: ⁊ clauso hostio: ora patrē tuū ī abscōdito: et pater tuus q̄ videt in abscōdito reddet tibi. Offr. Dn̄e viuifica me scđm eloquiū tuū: vt sciā testimonia tua. ℣. Fac cū seruo tuo dn̄e secundū magnā mīam tuā: ⁊ ne auferas de ore meo verbū veritatis. Secreta.

SAcrificiū dn̄e obseruātie quadragesimalis offerimus: presta q̄s: vt et tibi mentes nostras reddat acceptas: et continentie promptioris nobis tribuat facultatē. Per. Cōio. Seruite dn̄o in timore et exultate ei cū tremore: apphēdite disciplinā ne pereatis de via iusta. Postcōio.

TRibue nobis q̄s oīps deus: vt dona celestia que debito frequētamꝰ obsequio: salutaria nobis iugiter sentiamus. Per. Super ppl̄m. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

TUere dn̄e ppl̄m tuū ⁊ ab oībus peccatis clementer emūda: qr nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dn̄etur iniquitas. Per. ¶ Sabbato. Officium.

AUdiuit dn̄s et misertus est michi dn̄s factus est adiutor meus. Ps. Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. Gloria. Flectamus genua leuate. Oratio

ADesto dn̄e supplicationibus nr̄is et concede: vt hoc solenne ieiuniū quod aīabus corporibusq; curandis salubriter institutū est: deuoto seruitio celebremus. Per. Lectio ysaie ꝓphete. lviii.

HEc dicit dn̄s. Si abstuleris de medio tui cathenā ⁊ desieris digitū extendere et loqui qđ nō ꝓdest. Cum effuderis esurienti aīam tuā: et aīam afflictā repleueris: orietur ī tenebris lux tua: et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiē dabit tibi dn̄s deus tuus semp: et īplebit splēdoribus aīam tuā et ossa tua liberabit. Et eris quasi hortꝰ irriguus: ⁊ sicut fōs aquarum: cuius non deficient aque. Et edificabūtur in te deserta seculorum fundamēta

generationis et generatiõis suscitabis. Et vocaberis edificator sepiũ: auertens semitas iniquitatũ. Si auerteris a sabbato pedē tuũ facere voluntatē tuã in die sancto meo & vocaberis sabbatũ delicatũ & sanctũ dñi gloriosum: et glorificaueris eum dũ non facis vias tuas: et nõ inuenietur voluntas tua vt loquaris sermonē tuũ delectaberis super dño et sustolã te super altitudinē terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os eñ dñi locutum est hec: ait dñs omps. Gr. Unã petii a dño hanc requiram: vt inhabitem in domo dñi. V. Ut videã voluntatem domini et ptegar a templo sancto eius. Secundum marcũ. vi.

In illo tēpore. Cum sero esset factuz erat nauis in medio maris: et iesus solus in terra. Et vidit eos laborãtes in remigando: erat eñ ventus contrarius eis. Et circa quartã vigiliã noctis venit ad eos ambulans supra mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderũt eũ supra mare ambulantē: putauerũt fantasma esse: & exclamauerunt. Oẽs eñ eum viderũt: & cõturbati sunt. Et statim locutus est cũ eis: & dixit illis. Cõfidite: ego suz: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: et cessauit ventus: et plus magis intra se stupebãt. Non enim intellexerunt de panibus: erat eñ cor illorum obcecatũ. Et cuz transfretassent: peruenerunt in terrã genesareth: et applicuerũt. Cũq3 egressi essent de naui: cõtinuo cognouerũt eum. Et pcurrẽtes vniuersam regionem illã: ceperunt in grabatis eos q̄ se male hebãt circunferre vbi audiebãt eũ esse. Et quocũq3 itroibat in vicos vl in villas aut ciuitates: in plateis ponebãt infirmos: et deprecabanẽ eum: vt vl fimbriã vestimenti eius tangerẽt. Et quotquot tangebãt euz salui fiebant. Offr. Dñe viuifica me secundum eloquiũ tuũ: vt sciam testimonia tua. Da michi intellectum vt discaz mãdata tua: et voluntaria oris mei fac michi in beneplacito dñe. Secreta.

Repara nos dñe q̄s huius votiuis abstinentie officiis: vt hec sacrificia veneranda sobriis semp mētibus celebremus. Per. Cõio Seruite dño in timore: et exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinã ne pereatis de via iusta. Postcõio

Celestis vite munere vegetati q̄s dñe deus noster: vt quod est nobis in presenti vita misteriũ: fiat eternitatis auxiliũ. P. Sup ppl'in Hũiliate capita vr̄a deo. Orõ.

Hac nos q̄s dñe salutis nostre causas et deuotis semper frequentare seruitiis: et deuotius recolere principaliter inchoatas. Per dñm nostrum iesum xp̄m.

¶ Dñica .i. xl. Ad missam. Officium.

Inuocauit me et ego exaudiam eum: eripiam euz & glorificabo eum: longitudine dieruz adimplebo eum. Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in ptectione dei celi cõmorabitur. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuã annua quadragesimali obseruatiõe purificas: presta familie tue: vt quod a te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operibus exequatẽ. Per do. Ad corinthios ii. vi.

Fratres. Hortamur vos ne ĩ vacuũ gratiam dei recipiatis. Ait eñ. Tēpore accepto exaudiui te: et in die salutis audiui te. Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllaz offensionē: vt non vituperetur ministeriũ nostrum. Sed in oĩbus exhibeamus nosmetipsos: sicut dei ministros. In multa pacientia: in tribulationibus/ in necessitatibus/ in angustiis/ in plagis/ in carceribus/ ĩ seditionibus/ in laboribus/ in vigiliis/ in ieiuniis/ in castitate/ in scientia / in longanimitate/ ĩ suauitate/ in spiritu sancto. In caritate nõ ficta: in verbo veritatis/ in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris et a sinistris. Per gl'iam et ignobilitatē: per infamiaz et bonã famã. Ut seductores et veraces. Sicut q̄ ignoti et cogniti. Quasi morientes: et ecce viuimus. Ut castigati: et non mortificati: quasi tristes semp aũt gaudentes. Sicut egentes: multos aũt locupletãtes. Tã q̄ nichil hñtes & oĩa possidētes. Gr. Angelis suis mãdauit de te: vt custodiãt te in oĩbus viis tuis. V. In manibus portabũt te ne vnq̄ offendas ad lapidē pedē tuũ. Tract.

Qui habitat in adiutorio altissimi: ĩ ptectione dei celi cõmorabiẽ. Dicet dño susceptor meus es tu: & refugiũ meũ deus

meus sperabo in eum. Qm̃ ipse liberauit me de laqueo venantiũ: ⁊ a verbo aspero. Scapulis suis obũbrabit tibi:⁊sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius:nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volante per diem a negocio pambulãte i tenebris:a ruina et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille ⁊ decẽ milia a dextris tuis:tibi aũt nõ appropinquabit. Qm̃ angelis suis mãdauit de te: vt custodiãt te in oĩbus viis tuis. In manibus portabũt te: ne vnq̃ offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Sup aspidẽ ⁊ basiliscũ ãbulabis et cõculcabis leonẽ ⁊ draconẽ. Qm̃ i me sperauit liberabo eũ ptegã eũ: qm̃ cognouit nomẽ meũ. Inuocabit me et ego exaudiã eũ cũ ipo sum in tribulatione. Eripiã eum et glorificabo eũ:longitudine dierum adimplebo eum ⁊ ostendã illi salutare meum. Secundum matheum. iiii.

IN illo tempore. Ductus est iesus in desertũ a spũ:vt tentaret a dyabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadragita noctibus:postea esuriit. Et accedẽs tẽptator dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respõdens dixit. Scriptũ est. Non in solo pane viuit hõ: sed in oĩ verbo quod pcedit de ore dei. Tunc assumpsit eũ dyabolus in sanctã ciuitatẽ:et statuit eum supra pinaculũ tẽpli ⁊ dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsũ Scriptum est eñ quia angelis suis mandauit de te:et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi iesus rursum. Scriptũ est. Nõ tẽptabis dñm deum tuũ. Iterũ assumpsit eum dyabolus in mõtem excelsum valde: ⁊ ostẽdit ei oĩa regna mundi ⁊ gloriã eorum: ⁊ dixit illi. Hec oĩa tibi dabo si cadẽs adoraueris me. Tũc dixit ei iesus. Uade sathana. Scriptũ est enim Dñm deũ tuũ adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum dyabolus: ⁊ ecce angeli accesserũt:et ministrabant ei. Offr. Scapulis suis obũbrabit tibi dñs: et sub pẽnis eius sperabis:scuto circũdabit te veritas eius.

SAcrificiũ quadragesimalis initii solenniter immolamus:te dñe deprecãtes: vt cũ epularũ restrictione carnaliũ a noxiis quoq̃ voluptatibus tẽperemur. p. Prefatio quotid. Cõio. Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pẽnis eius sperabis scuto circundabit te veritas eius.

[Secreta

TUi nos dñe sacramẽti libatio sancta restauret:et a vetustate purgatos in misterii salutaris faciat transire cõsortiũ. Per dñm nostrum.

[Postcõio

¶ Feria.ii.post inuocauit. Officium

SIcut oculi seruorũ in manibus dñorum suorum: ita oculi nostri ad dñm deũ nostrũ donec misereatur nostri: miserere nobis dñe miserere nobis. ps. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Flectamus genua Leuate. Oratio.

COnuerte nos deus salutaris noster et vt nobis ieiuniũ quadragesimale pficiat:mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per. Ab hac die vsq̃ ad cenam dñi in oĩ missa de ieiunio dñr. vii. orõnes sicut in.do.i.aduẽtus dñi suprадictũ est.

¶ Lectio ezechielis pphete. xxxiiii.

HEc dicit dñs deus. Ecce ego ipse requirã oues meas:et visitabo illas sicut visitat pastor gregẽ suũ:in die qñ fuerit in medio ouiũ suarũ dissipatarũ. Sic visitabo oues meas et liberabo eas de oĩbus locis in quibus disperse fuerant in die nubis et caliginis. Et educã eas de populis:et congregabo eas de terris. Et inducã eas in terram suã: ⁊ pascã eas in mõtibus israel:in riuis et in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascã eas: ⁊ in mõtibus excelsis israel erũt pascue earũ. Ibi requiescent in herbis virentibus et in pascuis pinguibus pascẽtur super mõtes israel. Et ego pascam oues meas:et ego eas accubare faciam: dicit dñs deus. Quod perierat requiram:et quod abiectũ fuerat reducã:et qđ cõfractum fuerat alligabo:et quod infirmũ fuerat consolidabo: ⁊ quod pingue et forte custodiam: et pascã illas in iudicio ⁊ iusticia dicit dñs oĩpotẽs. Gr. Protector noster aspice deus: et respice super seruos tuos. V. Dñe deus virtutũ exaudi pces seruorum tuorum. Tractus.

DOmine non scdm pctã nostra q̃ fecimus nos: neq̃ scdm iniquitates nostras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniqtatũ nostrarum antiquarũ cito an

[in]cipient nos mie tue: qꝛ pauperes facti su[m]us nimis. Hic nō fiat genuflectio cū dē[us]. Adiuua nos deus salutaris nr̄: ꝛ ppter [g]loꝛiā nois tui dn̄e libera nos: et ppicius [e]sto peccatis nr̄is/ ppter nomen tuum. [S]ecundum mattheum. xxv.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis su[i]s. Cū venerit filius hoīs in maiesta[t]e sua et oēs angeli cū eo: tūc sedebit super [s]edē maiestatis sue. Et ꝯgregabunt ante [e]ū oēs gentes et separabit eos abinuicē: [s]icut pastoꝛ segregat oues ab hedis Et sta[t]uet oues qdē a dextris suis: hedos autē [a] sinistris. Tūc dicet his: q a dextris eius [er]ūt. Venite bn̄dicti patris mei possidete [p]aratū vobis regnū a cōstitutione mūdi. [E]suriui eīn: ꝛ dedistis michi manducare. [S]itiui: et dedistis michi bibere. Hospes e[r]am: et collegistis me. Nudus: ꝛ operuistis [m]e. Infirmus/ et visitastis me. In carce[r]e eram/ et venistis ad me. Tūc rn̄debunt [e]i iusti: dicētes. Dn̄e: qn̄ vidimus te esuriē[tē] et pauimus: sitientē/ ꝛ dedimus tibi po[tū]: Qn̄ aūt te vidimus hospitē/ et collegi[m]us te: Aut nudū et cooperuim⁹ te: Aut [q]n̄ te vidimus infirmū aut in carcere: ꝛ ve[ni]m⁹ ad te: Et rn̄dens rex: dicet illis. Amē [d]ico vobis: q̄diu fecistis vni de his fratri[b]us meis minimis: michi fecistis. Tunc [d]icet et his: q a sinistris eius erūt. Discedi[te] a me maledicti in ignē eternū: qui para[t]us est dyabolo ꝛ angelis eius. Esuriui ei: [et] nō dedistis michi mādūcare. Sitiui: et [n]ō dedistis michi potū. Hospes erā: et nō [c]ollegistis me. Nudus: et non operuistis [m]e. Infirmus ꝛ in carcere: et nō visitastis [m]e. Tunc respōdebūt ei ꝛ ipi dicētes. Do[m]ine: qn̄ te vidimus esurientē: aut sitien[t]em: aut hospitem: aut nudū: aut īfirmū: [v]el in carcere: et nō ministrauimus tibi: Tunc respōdebit illis dicēs. Amē dico vo[b]is q̄diu nō fecistis vni de minoꝛibus his [n]ec michi fecistis. Et ibūt hi in suppliciū [e]ternū: iusti aūt in vitam eternam. Offr̄. [L]euabo oculos meos et considerabo mi[r]abilia tua dn̄e vt doceas me iusticiā tuā: [d]a michi intellectū vt discā mādata tua. [L]egē pone michi dn̄e et viā iustificati[o]nū tuarum exquiram et in pꝛeceptis tu[is] me exerceboꝛ. Secreta.

Accepta tibi sit dn̄e q̄s nr̄e deuotionis oblatio: que et ieiunii nr̄m te operante sanctificet: et indulgentiā nobis tue cōsolatiōis obtineat. Coio. Voce mea ad dn̄m clamaui et exaudiuit me de mōte sancto suo: nō timebo milia populi circūdantis me. Postcōio.

Prosint nobis domie q̄s frequētata mysteria: que nos et a cupiditatib⁹ terrenis expediant et instruant amare celestia. Per dominum. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Oꝛatio.

Absolue q̄s dn̄e nroꝝ vincula peccatoꝝ: ꝛ quicqd p eis meremur: ppiciatus auerte. Per dominum. ¶ Feria tertia post Inuocauit Officium.

Domine refugiū factus es nobis a gn̄atiōe ꝛ pgenie: a seculo et in seculū tu es. ps. Priusq̄ mōtes fierent aut foꝛmaretur terra et oꝛbis. Nō dr̄ vlteri⁹ Flectamus genua. Leuate. Oꝛatio.

Respice dn̄e familiā tuā et pꝛesta: vt apud te mens nr̄a tuo desiderio fulgeat: q̄ se carnis maceratiōe castigat. Per dn̄m nostrū. ¶ Lectio isaie pphete. lv.

In diebus illis. Locut⁹ est isaias ppheta dicēs. Querite dn̄m dū inueniri potest: inuocate eū dū ppe est. Derelinquat impius viā suā: et vir iniquus cogitationes suas et reuertat ad dn̄m et miserebitur eius: ꝛ ad deū nr̄m qm̄ mult⁹ ē ad ignoscēdū. Nō eīn cogitatiōes mee cogitationes vestre: neq̄ vie mee vie vestre dicit dn̄s. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sūt vie mee a viis vr̄is. et cogitationes mee a cogitatōnib⁹ vr̄is. Et quomodo descēdit imber et nix de celo: ꝛ illuc vltra non reuertit: sed ebꝛiat terrā ꝛ infūdit eam ꝛ germinare eā facit: et dat semē serēti: et panē comedēti: sic erit verbū meum qd̄ egrediet de oꝛe meo. Nō reuertet ad me vacuū: sed faciet quecūq̄ volui: ꝛ psperabit in his ad que misi illud. Ait dn̄s ops. Gr̄. Dirigatur oro mea sicut incēsū in ꝯspectu tuo dn̄e. v. Eleuatio manuum mearū sacrificiū vespertinū. S. matth. xxi.

In illo tp̄e. Cū intrasset iesus hierosolymā: ꝯmota est vniuersa ciuitas

dicēs. Quis est hic? Populi aūt dicebant.
Hic ē iesus ꝓpheta:a nazareth galilee. Et
itrauit iesus in templū dei:et eiiciebat oēs
vendētes et emētes in tēplo:et mēsas nū=
mularioꝝ et cathedꝛas vēdētiū columbas
euertit. Et dixit eis. Scriptū est: qꝛ dom⁹
mea domus oꝛōnis vocabit̄. Uos aūt feci
stis illā̄ speluncā latronū. Et accesserunt ad
eū ceci et claudi in templo:et sanauit eos.
Uidētes aūt pꝛīcipes sacerdotum ⁊ scribe
mirabilia q̄ fecit:et pueros clamātes ī tē=
plo et dicētes. Osāna filio dauid:indigna
ti sunt et dixerūt ei. Audis q̇d isti dicunt?
Jesus aūt dixit eis. Utiq̧. Nunq̄ legistis.
Qꝛ ex oꝛe infantiū et lactētiū ꝑfecisti lau=
dē? Et relictꝭ illis:abiit foꝛas extra ciuitatē
in bethaniā:ibiq̧ mā̄sit et docebat eos: de
regno dei. Offꝫ. In te speraui dn̄e dixi tu
es deus me⁹ in manibus tuis tp̄a mea. ꝟ.
Illumina faciē tuā sup̱ seruū tuū et saluū
me fac ꝓpter mīam tuā dn̄e non ꝯfundar
quoniam inuocaui te. Secreta.

PResta dn̄e q̄s vt dicato muneri:cō=
gruētē nostre deuotōnis tibi offera
mus affectum. Per. Cōio. Cū inuocarem
te exaudisti me de⁹ iusticie mee:in tribula
tiōe dilatasti me miserere michi dn̄e:et ex=
audi oꝛationem meam. Postcōio.

QUesumus oꝑs deus: vt illius salu
taris capiamus effectū: cuius per
hec mysteria pignus accepim⁹. Per. Su=
per pplm̄. Hūiliate capita vr̄a deo. Oꝛo.

AScēdāt ad te dn̄e p̄ces nr̄e :et ab ec
clesia tua cūctā repelle neq̇tiā. Per
dn̄m no. ¶ Fer.iiii.q̄ttuoꝛ tp̄m Officiū.

REminiscere miserationū tuaꝝ
dn̄e et mīe tue q̄ a seculo sūt: ne
vnq̄ dominent̄ nobis inimici nr̄i
libera nos deus israel ex oībus
angustiis nr̄is. ps. Ad te dn̄e leuaui aīam
meā: deus meus in te cōfido nō erubescā.
Sequit̄ oꝛō sine Dn̄s vobiscū. sed cū Oꝛe
mus. et Flectamus genua. Leuate. Oꝛō.

PReces nr̄as q̄s dn̄e clemēter exau=
di:et cōtra cūcta nobis aduersantia
dexterā tue maiestatis extēde. Per.

IN dieb⁹ ¶ Lectio libꝛi exodi.xxiiii.
illis. Dixit dn̄s ad moysē. Ascēde ad
me in mōtem:⁊ esto ibi:daboq̧ tibi duas
tabulas lapideas:⁊ legē ac mā̄data q̄ scri=
psi:vt doceas filios isrl̄. Surrexerūt moy=
ses et iosue minister eius ascendēsq̧ moy=
ses in montē dei:senioꝛibus ait. Expecta=
te hic donec reuertamur ad vos. Habetis
aaron ⁊ hur vobiscū:si q̇d natū fuerit que
stiōis referetꝭ ad eos. Cūq̧ ascēdisset moy
ses opuit nubes mōtē:et hītauit glīa dn̄i
sup̱ sinai tegēs illū nube sex dieb⁹. Septi=
mo aūt die vocauit eū dn̄s de medio cali=
ginis. Erat autē spēs glīe dn̄i quasi ignis
ardēs sup̱ v̄ticē mōtis in ꝯspectu filioꝝ is
rael. Ingressusq̧ moyses mediuꝫ nebule
ascēdit in mōtē:⁊ fuit ibi quadꝛagīta die=
bus ⁊ quadꝛaginta noctib⁹. Grꝫ. Tribu=
lationes coꝛdis mei dilatate sunt:de neces
sitatibus meis eripe me dn̄e. ꝟ Uide hu=
militatem meam et laboꝛē meū:et dimit=
te oīa pctā mea. Nō repetat̄ grꝫ. sꝫ sequi
Dn̄s vobiscū. et Flectamus ge. Le. Oꝛō.

DEuotionē ppl̄i tui q̄s dn̄e benign
intende: vt q̄ p̱ abstinētiaꝫ macera=
tur in coꝛpe:p̱ fructū boni oꝑis reficiant
mēte. Per. Hic dicuntur memoꝛie consu
te. ¶ Lectio libꝛi regum. iii. re

IN diebus illis. Uenit helias ī bers
bee iuda:et dimisit ibi puerū suum
et p̱rexit in desertū viā vni⁹ diei. Cūq̧ ve=
nisset et sederet subter vnā iuniperū: peti=
uit aīe sue vt moꝛeret̄:et ait. Sufficit mi=
chi dn̄e:tolle aīam meā. Neq̧ enī meliou
sum:q̄ patres mei. Pꝛoiecitq̧ se:et obdoꝛ
miuit in vmbꝛa iuniperi. Et ecce angelus
dn̄i tetigit eū:dixitq̧ ei. Surge cōede. Et
respexit. Et ecce ad caput suū subcinericiꝰ
panis:et vas aque. Comedit ergo et bibit
⁊ rursū obdoꝛmiuit. Reuersusq̧ est ange=
lus dn̄i scd̄o ⁊ tetigit eū:dixitq̧ illi. Surge
comede:grandis enī tibi restat via. Qui
cū surrexisset cōedit et bibit. Et ābulauit
foꝛtitudine cibi illi⁹ quadꝛaginta diebus
et quadꝛagīta noctibus:vsq̧ ad mōtē dei
oꝛeb. Choꝛus alternatim dicat Tractus.

DE necessitatib⁹ meis eripe me dn̄e
vide hūilitatē meā:⁊ laboꝛē meū:
dimitte oīa pctā mea. ꝟ Ad te leuaui aīam
meā:de⁹ me⁹ in te ꝯfido nō erubescā: neq̧
irrideāt me inimici mei. ꝟ. Etenī vniuersi
q̄ te expectāt nō ꝯfūdent̄: ꝯfūdāt̄ oēs faci

esbana. Et dr iste tx. in ol.iiii.fer. vsq ad dnicã palmar. Secundum mattheũ.xii.

In illo tpe. Accesserũt ad iesũ scribe et pharisei: dicentes. Magister volumus a te signũ videre. Qui respõdens ait illis. Generatio mala et adultera signũ querit: et signũ nõ dabit ei: nisi signũ ione prophete. Sicut eñ fuit ionas in ventre ceti tribus dieb⁹ et trib⁹ noctib⁹ ita erit filius hominis i corde tre trib⁹ diebus et tribus noctib⁹. Viri niniuite surgẽt in iudicio cũ generatiõe ista: et cõdẽnabũt eã: qr penitẽtiã egerũt in predicatõe ione. Et ecce iona hic. Regina austri surget in iudicio cũ gñatione ista et cõdẽnabit eã: qr venit a finib⁹ terre audire sapiẽtiã salomonis. Et ecce plusq salomon hic. Cũ aũt imũdus spũs exierit ab hoĩe: ambulat p loca arida qrẽs requiẽ et nõ iuenit. Tũc dicit. Reuertar in domũ meã vnde exiui. Et veniẽs iuenit eã vacãtem: scopis mũdatã et ornatã. Tũc vadit et assumit septẽ alios spũs secũ nequiores se: et intrantes habitãt ibi. Et fiũt nouissima hoĩs illius: peiora priorib⁹. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquẽte ad turbas: ecce mater ei⁹ et fratres stabãt foris querentes loqui ei. Dixit autẽ ei quidã. Ecce mater tua et fratres tui foris stãt: querẽtes te. At ipe rñdẽs dicẽti sibi ait. Que est mater mea: et q sũt fratres mei? Et extẽdẽs manũ in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicũq eñ fecerit volũtatẽ patris mei q in celis est: ipe meus frater: et soror et mater est. Offr.

Meditabor in mandatis tuis q dilexi valde: et leuabo man⁹ meas ad mandata tua q dilexi. ℣. Pars mea dñe dixi custodire legem tuã: pcatus sũ vultũ tuũ i toto corde meo.

Intẽde qs dñe Secreta. sacrificiũ singulare vt hui⁹ pticipatione mysterii q sperãda credimus: expectata sumamus. Per. Cõio. Intellige clamorẽ meũ: intende voci orõis mee: rex meus et de⁹ me⁹. qm ad te orabo dñe. Postcõ.

Ut qs ops de⁹: vt reatũ nrm munera sacra purificẽt: et recte viuẽdi nobis operent effectũ. Per do. Sup pplm.

Humiliate capita vra deo. Orõ.

Mentes nras qs dñe lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus q agenda sunt: et q recta sũt agere valeam⁹. Per dñm.

¶ Fer.v.post Inuocauit. Officiũ.

Confessio et pulchritudo i cõspectu eius: sctitas et magnificẽtia in sanctificatione ei⁹. ps. Cãtate dño canticũ nouũ: cantate dño terr a. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus q in obseruatione ieiunii et elemosynarũ largitione nror posuisti remedia pctõr: cõcede nos mẽte et corpe semp tibi esse deuotos. Per d. Lcõ ezechiel' pphete.xviii.

In dieb⁹ illis. Factus est sermo dñi ad me dicẽs. Quid est qđ inter vos hanc parabolã vertitis in puerbiũ istud i terra isrl dicẽtes. Patres nri comederunt vuã acerbã: et dẽtes filior obstupescunt. Uiuo ego dicit dñs de⁹: si erit vobis vltra parabola hec in puerbiũ in isrl. Ecce oẽs anime mee sũt. Ut aĩa patris: ita et aĩa filii mea est. Aĩa q peccauerit: ipa morietur. Et vir si fuerit iustus: et fecerit iudiciũ et iusticiã: in mõtibus nõ comederit: et oculos suos nõ leuauerit ad idola dom⁹ isrl. et vxorẽ primi sui nõ violauerit: et ad mulierẽ mẽstruatã nõ accesserit: et hoĩem nõ contristauerit: pign⁹ debitori reddiderit: p vim nichil rapuerit: panẽ suũ esuriẽti dederit: et nudũ operuerit vestimẽto/ ad vsurã nõ cõmodauerit: et amplius nõ acceperit: ab iniqtate auerterit manũ suã. Iudiciũ verũ fecerit inter virũ et virũ: et in pceptis meis ambulauerit/ et iudicia mea custodierit: vt faciat veritatẽ: hic iustus est/ et vita viuet: ait dñs de⁹. Quod si genuerit filiũ latronẽ effundẽtẽ sanguinẽ: et fecerit vnũ de istis: et hec quidẽ oĩa nõ faciẽtẽ nũquid viuet? Nõ viuet. Cum vniuersa detestãda hec fecerit: morte morietur. Sanguis eius in ipso erit. Qđ si genuerit filiũ qui vidẽs oĩa peccata patris sui q fecit: timuerit et nõ fecerit simile eis: iudicia mea fecerit: et in pceptis meis ambulauerit/ hic nõ morietr in iniquitate pris sui: sed vita viuet. Pater ei⁹ q calũniatus est et vim fecerit fratri: et malũ operatus est i medio populi sui ecce mortuus est i iniquitate sua. Et dicit. Quare nõ portabit fili⁹ iniqta-

tem patris sui? Uidelicet quia filius iudiciũ & iusticiã operatus est: omia precepta mea custodiuit: et fecit illa vita viuet ait dñs omnipotens. Grad. Custodi me dñe vt pupillam oculi: sub vmbra alarũ tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat: oculi tui videant equitatem.

¶ Secundum Johannem. viii.

IN illo tpe. Dicebat iesus ad eos: q̃ crediderunt ei ex iudeis. Si vos mãseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem: & veritas liberabit vos. Respõderũt ei iudei. Semẽ abrahe sumus: et nemini seruiuim⁹ vnq̃. Quomodo tu dicis quia liberi eritis? Respondit eis iesus. Amen amen dico vobis qr oĩs qui facit peccatũ: seruus est peccati. Seruus aũt nõ manet in domo ineternũ: filius autẽ manet ieternũ. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio qr filii abrahe estis sed queritis me interficere qr sermo meus nõ capit in vobis. Ego qđ vidi apud patrẽ meũ loquor: et vos q̃ vidistis apud patrẽ vrm facitis. Responderũt et dixerũt ei. Pater noster abraham est. Dixit eis iesus. Si filii abrahe estis: opa abrahe facite. Nunc aũt queritis me interficere: hoiem qui veritatem locutus sũ vobis: quã audiui a deo. Hoc abraham nõ fecit. Uos facitis opera patris vři. Dixerũt itaq; ei. Nos ex fornicatione nõ sumus nati: vnũ patrẽ habemus deũ. Dixit ergo eis iesus. Si de⁹ pater vester esset diligeretis vtiq; me. Ego eñ a deo pcessi et veni. Neq; eñ ex meipo veni: sed ille me misit. Quare loquelã meã nõ cognoscitis? Qr non potestis audire sermonẽ meum. Uos ex patre dyabolo estis: & desideria patris vři vultis facere. Ille homicida erat ab initio: et i veritate non stetit quia nõ est veritas in eo. Cũ loquit mendaciũ: ex propriis loquit: qr mẽdax est et pater ei⁹ Ego autem qr veritatẽ dico: nõ creditis michi. Quis ex vobis arguet me de pctõ? Si veritatẽ dico vobis: q̃re vos nõ creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. Offr. Immittit angelus dñi i circuitu timẽtiũ eum et eripiet eos: gustate & videte quoniam suauis est dñs. ℣. Benedicã dñm i oi tẽpore semp laus ei⁹ in ore meo. Secreta.

SAcrificia dñe q̃s propẽsius ista no[...] saluent: q̃ medicinalibus sũt istitu[...]ta ieiuniis. Per dominum. Cõio. Panis quem ego dedero caro mea est p seculi [...] [ta]

Postcõio.

TUorum nos dñe largitate donorum: & tẽporalibus a[...]tolle presidiis: & renoua sempiternis. Per dñm. Sup ppl'z. Humiliate capita vestr[a]

Orõ. [deo]

DA q̃s dñe pplis christianis: et que profitẽtur agno[...]scere: et celeste munus diligere: qđ frequ[en]tant. Per. ¶ Fer. vi. q̃ttuor tpm. Officiũ

DE necessitatibus meis eripe me do[...]mine / vide hũilitatẽ meã et labo[rem] meũ: et dimitte oĩa pctã mea. ps. Ad te le[...]uaui aĩam deus meus in te confido no[n] erubescã. Flectamus ge. Leuate. Orõ

ESto domine propicius plebi tue: quam tibi facis esse deuotam: ben[i]gno refoue miseratus auxilio. Per dñm

¶ Lectio ezechielis prophete. xviii.

HEc dicit dñs de⁹. Aĩa que peccaue[...]rit: ipsa morietur. Filius non por[ta]bit iniq̃tatem patris: & pater non portab[it] iniquitatem filii. Iusticia iusti sup eũ er[it] et impietas impii erit super eum. Si aut[em] impius egerit penitentiam: ab omĩb⁹ p[ec]catis suis que opatus est / & custodierit o[ĩa] precepta mea: & fecerit iudicium et iusti[ci]am: vita viuet et non morietur. Omniu[m] iniquitatum eius quas operatus est: no[n] recordabor. In iusticia sua quam opera[tus] est viuet. Nunquid voluntatis me[e] est mors impii / dicit dominus deus: & n[on] magis vt conuertatur a viis suis & viuat? Si autez auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatem secundũ oẽs abom[i]nationes: quas operari solet impius: nu[m]quid viuet? Omnes iusticie eius quas fe[...]cerat: non recordabuntur. In preuarica[ti]one sua qua preuaricatus est: et in pecca[...]to suo quod peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Nõ est equa via. Audite erg[o] dom⁹ isrł. Nũq̃d via mea nõ ẽ equa: & [non] magis vie vře praue sũt? Cũ ei auerterit iust⁹ a iusticia sua: & fecerit iniq̃tates mo[...]riet i eis. In iniusticia sua quã opatus [est] moriet. Et cũ auerterit se ipius ab impie[tate]

tate sua quã operatus est: et fecerit iudiciũ et iusticiam: ipse alam suã viuificabit. Cõsiderans enĩ: et auertens se ab oib9 iniquitatib9 suis quas operatus est: vita viuet et nõ morietur. Dicit dñs omnipotens. Gr. Saluũ me fac seruũ tuũ: deus meus sperantẽ in te. ℣. Auribus percipe dñe orationem meam. Tractus.

Domine non scdm peccata nostra que fecimus nos: neq3 scdm iniqtates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipent nos mie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflectio dũ dr ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et pp̃ter gloriã nois tui dñe libera nos: et propici9 esto peccatis nostris: pp̃ter nomẽ tuũ. Secũdũ Iohãnẽ. v.

In illo tempore. Erat dies festus iudeorum et ascẽdit iesus hierosolymã. Est autem hierosolymis pbatica piscina que cognominabatur hebraice bethsaida quinq3 porticus habẽs. In his iacebat multitudo magna languentiũ: cecorum: claudorum: aridorũ: expectantiũ aque motũ. Angelus aũt dñi scdm tempus descendebat in piscinam: et mouebat aqua: et qui cũq3 prior descẽdisset i piscinã post motionem aque: sanus fiebat a quacũq3 detinebatur infirmitate. Erat autẽ quidam homo ibi triginta et octo annos habẽs i infirmitate sua. Hunc cum vidisset iesus iacentem et cognouisset quia multũ iam tẽpus haberet: dixit ei. Uis sanus fieri? Respondit ei languidus. Dñe: hominẽ non habeo vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piscinam. Dum venio enĩ ego: ali9 ante me descendit. Dixit ei iesus. Surge tolle grabatum tuũ: et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatũ suũ et ambulabat. Erat aũt sabbatũ in illa die. Dicebant ergo iudei: illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me fecit sanum: ille michi dixit: tolle grabatum tuũ et ambula. Interrogauerũt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuũ et ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus: nesciebat quis esset. Iesus aũt declinauit a turba: cõstituta in loco. Postea inuenit eũ iesus in templo: et dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo et nũciauit iudeis: quia iesus esset: qui fecit eum sanũ. Offr. Benedic aĩa mea dño: et noli obliuisci oẽs retributiões ei9: et renouabitur sicut aquile iuuẽtus tua. ℣9. Qui pp̃iciatur oĩbus iniquitatibus tuis et redimit de interitu vitam tuã: qui coronat te in miseratione et misericordia. Secreta.

Suscipe dñe q̃s munera nr̃is oblata seruitiis: et tua pp̃icius dona scĩfica. Per dñm. Cõio. Erubescant et cõturbẽtur omnes inimici mei: auertantur retrorsum et erubescãt valde velociter. Postcõ.

Per huius dñe opationẽ mysteriũ: et vicia nostra purgentur et iusta desideria cõpleantur. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vr̃a deo. Orõ.

Exaudi nos misericors deus: et mentibus nostris gratie tue lumen ostẽde. Per dominum nostrum.

¶ Sabbato quattuor temporũ Officiũ.

Intret oratio mea in cõspectu tuo: inclina aurẽ tuã ad preces meam. ps. Dñe deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Oĩs orõnes sine Dñs vobiscum dicitur p̃ter vltimã q̃ est ante epl̃am: et ad oẽs orões dr Oremus. similiter et ad oĩs orões dr Flectamus genua. preterq̃ ad vltimã: et oẽs lect. cũ suis titulis legãt. Orõ

Populũ tuũ q̃s dñe propicius respice: atq3 ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominum.

¶ Lectio libri deuteronomii xxvi.

In diebus illis. Locutus est moyses ad dñm dicens. Respice domine de sanctuario tuo: et de excelso celorum habitaculo: et bñdic populo tuo isrl̃: et terre quã dedisti nobis sicut iurasti patrib9 nr̃is: dare terram lacte et melle manantẽ. Audi israel. Hodie dñs deus tuus precepit tibi: vt facias mandata eius atq3 iudicia: et custodias et ipleas ex toto corde tuo et ex tota anima tua. Dominũ elegisti hodie vt sit tibi deus: et ambules in viis eius

vt custodias cerimonias illius et mandata eius atq̃ iudicia ⁊ obedias eius imperio. En dñs elegit te hodie vt sis ei ppl's peculiaris sicut locutus est tibi: ⁊ custodias oia precepta eius: et faciat te excelsiorẽ cũctis gentibus: quas creauit in laudẽ et nomẽ et gliã suã: vt sis populus sanct⁹ dñi dei tui: sicut locutus est tibi. Gr. Propicius esto dñe peccatis nr̃is: neq̃ dicãt gentes vbi est deus eor. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et ꝓpter honorem nois tui dñe libera nos. Non repetat̃ grad. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Orõ.

Deus qui nos ꝑ tẽporalia ducis ad eterna: pretende mĩam tuam ad celestia ꝓmissa nitentibus: et quia tuũ ẽ qd̃ in te credimus: tuũ sit oẽ qd̃ viuim⁹. Per.

Lectio libri deuteronomii. xi.

In diebus illis. Dixit moyses filiis isrl̃. Si custodieritis mandata que ego precipio vobis: ⁊ feceritis ea vt diligatis dñm deũ vr̃m: et ambuletis in oĩbus viis eius adherẽtes ei/ disꝑdet dñs oẽs gẽtes istas ante faciẽ vestrã: et possidebitis eas q̃ maiores et fortiores vobis sũt. Ois locus quẽ calcauerit pes vester: vester erit. A deserto ⁊ libano ⁊ flumine magno eufrate: vsq̃ ad mare occidentale erũt termini vestri: nullus stabit cõtra vos. Terrorẽ vestrũ et formidinẽ dabit dñs de⁹ vr̃ sup oẽm terrã quã calcaturi estis: sicut locut⁹ est vobis: dñs deus vester. Gr. Protector noster aspice deus et respice sup seruos tuos. ℣. Dñe de⁹ virtutũ exaudi ꝑces seruorũ tuorũ. Oremus. Flectam⁹ genua. Le. Orõ.

Protector noster aspice de⁹ vt q̃ malor̃ nostror̃ põdere premimur: percepta mĩa libera tibi mẽte famulemur. Per dominum nostrum.

Lectio libri machabeorum. ii. i.

In diebus illis. Orationẽ faciebant sacerdotes: dũ offerrent sacrificium pro pplõ isrl̃: ionatha inchoãte: ceteris autem respondentibus et dicẽtibus. Bñfaciat vobis deus: ⁊ meminerit testamẽti sui: qd̃ ad abraham/ ysaac/ et iacob locutus est seruor̃ suor̃ fidelium. Et det vobis cor oĩbus vt colatis eum: et faciatis eius voluntatem: corde magno et aĩo volenti. Adaperiat dñs cor vestrũ in lege sua: et in preceptis suis: et faciat pacem. Exaudiat dominus orõnes vr̃as et recõcilietur vobis nec vos deserat in tp̃e malo dñs deus noster. Gr. Cõuertere dñe aliquãtulũ: ⁊ deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis: a gñatione et ꝓgenie. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Orõ.

Adesto quesumus domine supplicationibus nostris: vt esse te largiente mereamur: ⁊ iter prospera humiles: ⁊ inter aduersa securi. Per dñm nostrum.

Lectio libri sapientie. xxxvi.

Miserere nostri deus omniũ ⁊ respice nos et ostende nobis lucem miserationũ tuarũ ⁊ immitte timorẽ tuũ sup gentes: que nõ exquisierunt te: vt cognoscant quia non est deus nisi tu: vt enarrant magnalia tua. Alleua manũ tuam super gẽtes alienas: vt videant potentiam tuam. Sicut eñ in conspectu eor: sanctificatus es in nobis: sic in cõspectu nostro magnificaberis in illis: vt cognoscant te sicut et nos cognouimus: q̃ non est deus preter te dñe. Innoua signa: et inmuta mirabilia. Glorifica manũ et brachiũ dextrũ. Excita furorem: ⁊ effunde iram. Extolle aduersariũ: et afflige inimicũ. Festina tempus: memento finis: vt enarrent vniuersa mirabilia tua dñe de⁹ nr̃. Gr. Saluũ fac populũ tuũ dñe: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus ne sileas a me: et ero similis descẽdẽtibus in lacum. Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. Orõ.

Actiones nr̃as q̃s dñe ⁊ aspirando preueni ⁊ adiuuando ꝓseq̃re: vt cũcta nr̃a opatio ⁊ a te semp īcipiat: ⁊ per te cepta finiatur. Per dominũ nostrum.

Lectio danielis prophete. iii.

Angelus dñi descendit cũ azaria ⁊ sociis eius in fornacem: et excussit flamã ignis de fornace: et fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flantem. Flãma autem diffusa est sup fornacẽ: cubitis quadragintanouẽ: ⁊ īcẽdit quos repperit iuxta fornacẽ de caldeis ministros regis: qui eam incẽdebant. Illos autem oĩno nõ tetigit ignis: neq̃ contristauit: nec q̃c̃q̃ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore

laudabant et glorificabant:et bn̄dicebant deū in fornace:dicētes. Bn̄dict9 es dn̄e deus patrū nostrorum:et laudabilis et gloriosus:et superaltatus in secula. Et benedictū nomē glorie tue qd̄ est sanctū: et laudabile et superaltatū in oibus seculis. Bn̄dictus es in templo sancto glorie tue:et superlaudabilis: et supgloriosus in secula. Bn̄dictus es in throno regni tui:et suplaudabilis et superaltatus in secula. Bn̄dictus es sup sceptrū regni diuinitatis tue: et superlaudabilis et superexaltat9 in secula. Benedictus es qui intueris abyssos: et sedes super cherubin:et suplaudabilis et superaltatus in secula. Benedictus es q̄ ambulas super pennas ventorum:et sup vndas maris:et suplaudabilis et superaltat9 in secula. Duo clerici de scd̄a forma i superpellicis ad gradū chori dicāt tractum.

B Enedictus es in firmamento celi: et laudabilis et gloriosus in scl̄a. Chorus idem. Clerici ℣. Bn̄dicite oia opa dn̄i dn̄o:benedicite celi dn̄o:benedicite angeli dn̄i dn̄o. Chorus post vnūquoq; ℣. respōdeat Hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Clerici. ℣. Benedicite aque q̄ sup celos sūt dn̄o:benedicite oēs virtutes dn̄i domino:bn̄dicite sol et luna domino. Chor9. Hymnū dicite. Clerici ℣. Bn̄dicite stelle celi domino:bn̄dicite imber et ros dn̄o: benedicite ois spūs dei dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Bn̄dicite ignis et estus dn̄o:benedicite noctes et dies dn̄o : bn̄dicite tenebre et lumen domino. Chorus. Hymnuz. Clerici ℣. Benedicite frigus et cauma domino:bn̄dicite pruina et niues dn̄o: bn̄dicite fulgura et nubes dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Bn̄dicat terra dn̄o :bn̄dicite mōtes et colles dn̄o:bn̄dicite oia nascentia terre dn̄o. Chorus Hymnū. Clerici ℣. Benedicite maria et flumina dn̄o:bn̄dicite fōtes dn̄o:bn̄dicite cete et omnia que mouētur in aquis domino. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Bn̄dicite volucres celi domino: bn̄dicite bestie et vniuersa pecora dn̄o: bn̄dicite filii hoim domino. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Bn̄dicat israel domino : benedicite sacerdotes dn̄i dn̄o:benedicite serui domini dn̄o. Chorus. Hymnum. Clerici ℣. Benedicite spūs et aie iustorū domino:bn̄dicite sancti et humiles corde domino. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Bn̄dicite anania azaria misael dn̄o. Chorus. Hymnum. Postea clerici reincipiant tr. Bn̄dictus es in firmamēto. et pcātet a choro. sequitur Dn̄s vobiscū. et Oremus. Hic nō dicat Flectamus genua. Leuate. Orō.

D Eus qui trib9 pueris mitigasti flāmas igniū cōcede ppicius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorum. Per dn̄m. Hic dicitur memorie consuete

¶ Ad thessalonicenses. i.v.

F Ratres. Rogamus vos: corripite inquietos: consolamini pusillanimes:suscipite infirmos: patientes estote ad oēs. Uidete ne quis malum pro malo alicui reddat:sed semp qd̄ bonuz est: sectamini in inuicē et in oēs. Semp gaudete:sine intermissiōe orate: in omnibus gratias agite. Hec est enim volūtas dei in christo iesu:in oibus vobis. Spiritū nolite extinguere: pphetias nolite spernere. Oia autē pbate:qd̄ bonū est tenete:ab oi specie mala abstinete vos. Ipse autē deus pacis sanctificet vos p oia vt integer spūs vester et aia:et corpus sine querela in aduentu dn̄i nostri iesu xpi seruet. Duo clerici de secūda forma in cappis nigris :ad gradū chori simul cantent totum et integrū istū tr.

L Audate dn̄m oēs gētes: et collaudate eū oēs populi. ℣ Qm̄ confirmata est sup nos misericordia eius et veritas dn̄i manet ineternum. Euangelium

Secundum mattheum. xvii.

I N illo tempore. Assumpsit iesus petrum et iacobū et iohannē fratrē ei9: et duxit illos in mōtē excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et resplēduit facies eius sicut sol: vestimenta autem ei9 facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyses et helias:cū eo loquentes. Respondens autem petrus dixit ad iesū: Domine:bonū est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula : tibi vnum/ moysi vnum/et helie vnum. Adhuc eo loquente:ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus:in quo michi bene compla

cui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: et timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixit q3 eis. Surgite: et nolite timere. Leuātes autem oculos suos neminē viderūt: nisi solum iesum. Et descendētibus illis de mōte: precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionē donec filius hoīs a mortuis resurgat. Offr. Dñe de9 salutis mee ī die clamaui et nocte corā te: intret orō mea in cōspectu tuo domine. V. Inclina aurē tuam ad precem meam dñe longe fecisti notos meos a me: clamaui ad te dñe tota die expandi manus meas ad te. Secreta.

Presentibus sacrificiis quesum9 domine ieiunia nostra sāctifica vt qđ obseruātia nrā pfitet extrinsec9: intrinsecus operetur. Per dominū nostrū. Cōio. Dñe deus me9 in te speraui: libera me ab oībus psequētib9 me et eripe me. Postcō.

Quos diuino domine reficis mysterio ppetuo defende psidio: et quos imbuisti celestibus institutis: salutarib9 comitare solatiis. Si episcopus defuerit dicatur sup populū hec oratio. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Fideles tuos dñe benedictio desiderata confirmet: que eos et a tua voluntate nūq̄ faciat discrepare: et tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. Per. Tamē si eps presens fuerit ⁊ ordines fecerit non dicetur.

Dñica secūda quadragesime Officiū.

Reminiscere miserationū tuarū dñe et misericordie tue q̄ a seculo sunt: ne vnq̄ dominent nobis inimici nostri libera nos de9 israel ex omnib9 angustiis nostris. Ps. Ad te dñe leuaui animā meā: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Deus qui conspicis omni nos virtute destitui: interius exteriusq3 custodi: vt ab oībus aduersitatib9 muniamur ī corpore: et a prauis cogitationibus mundemur in mēte. Per. Epistola Ad thessalonicenses. i.iiii.

Fratres. Rogamus vos ⁊ obsecramus in dño iesu: vt quēadmodū accepistis a nobis quomodo vos oportet ambulare: et placere deo: sic ⁊ ambuletis: vt abūdetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis p dñm iesū. Hec ē enī voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione: vt sciat vnusquisq3 vestrum suū vas possidere: in sanctificatione et honore: nō in passione desiderii sicut et gentes q̄ ignorant deū. Et ne q̄s supergrediatur neq3 circūueniat in negocio fratrem suū: quoniam vindex est dominus de his omnibus sicut prediximus vobis et testificati sumus. Non enī vocauit nos deus in imūdiciā: sed in sanctificationem. In christo iesu: domino nostro. Grad.

iesus hierosolimā acceperunt ramos palmarū et pcesserunt obuiā ei:et clamabant Osanna būdict⁹ q̄ venit in nomie dn̄i:rex israel. Et inuenit iesus asellū:et sedit super eū sicut scriptū est. Noli timere filia syō. ecce rex tuus venit tibi mā suetus:sedēs sup pullū asine. Hec nō cognouerūt discipli ei⁹ primū sed qn̄ glorificatus est iesus:tūc recordati sūt:qa hec erāt scripta de eo:et hec fecerūt ei. Testimoniū ergo phibebat turba que erat cū eo qn̄ lazarū vocauit de monumento:et suscitauit eū a mortuis. Propterea et obuiā venit ei turba qa audierūt eū fecisse hoc signū. Pharisei ergo dixerūt ad semetipsos. Uidetis qa nichil pficim⁹? Ecce mūdus totus post eū abiit. Erāt aūt quidā gētiles ex his q̄ ascēderāt. vt adorarēt i die festo. Hi ergo accesserūt ad philippū q̄ erat a bethsaida galilee. et rogabāt eū dicētes. Dn̄e: volumus iesū videre. Uenit philippus et dixit ādree. Andreas rursuz et philippus:dixerūt iesu. Jesus aūt rn̄dit eis dicēs. Uenit hora vt clarificetur fili⁹ hois. Amen amē dico vobis:nisi granū frumēti cadens in terrā mortuū fuerit:ipm̄ solū manet. Si autē mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat animā suā pdet eam Et q̄ odit animā suā in hoc mūdo: in vitā eternā custodit eā. Si q̄s michi ministrat me sequat. Et vbi suz ego:illic et minister meus erit. Si q̄s michi ministrauerit: honorificabit eū pater me⁹. Nūc aīa mea turbata est. Et q̄d dicā? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horā hanc. Pat clarifica nomē tuū. Uenit ergo vox de celo dicēs. Et clarificaui: et iterū clarificabo. Turba aūt q̄ stabat et audierat:dicebat tonitruū factū esse. Alii aūt dicebāt angelus ei locut⁹ est. Respondit iesus et dixit Nō propter me hec vox venit:sed pp̄ter vos Nūc iudiciū ē mūdi:nūc princeps hui⁹ mūdi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra oīa trahā ad meipm̄ Hoc aūt dicebat significās qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia cristus manet ineternū. Et quō tu dicis:oportet exaltari filiū hois. Quis ē iste filius hois? Dixit ergo eis ies⁹. Adhuc modicū lumen i vobis est. Ambulate dū lucē habetis vt non tenebre vos cōprehendāt. Et qui ambulat in tenebris:nescit quo vadat. Dū lucez habetis credite in lucē:vt filii lucis sitis. Hec locutus est iesus: et abiit et abscōdit se ab eis. Offr. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te cōfugi doce me facere volūtatē tuam:qr deus meus es tu. V. Exaudi me in tua iusticia:et ne intres in iudiciū cum seruo tuo domine. Secreta.

Ipsa maiestati tue dn̄e fideles populos cōmendet oblatio:q̄ p filiū tuū dn̄m nr̄m iesū xp̄z recōciliauit inimicos. Qui tecū vi. et reg. Cōio. Erubescant et revereantur simul q̄ gratulant malis meis: induant pudore et reuerentia q̄ maligna loquūtur aduersum me. Postcōio.

Satiati munere salutari tuā dn̄e misericordiā depcamur:vt hoc eodem sacramēto quo nos tēporaliter vegetas efficias vite eterne participes. Per.

Super populum. Oratio.

Adiuua nos deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es tribue venire gaudentes. Per.

¶ Feria tertia Officium.

Nos autem gloriari oportet in cruce dn̄i nr̄i iesu xp̄i in quo est sal⁹ vita et resurrectio nostra:p quē saluati et liberati sumus. ps. Deus misereatur nr̄i et benedicat nobis:illuminet vultū suū super nos et misereatur nostri. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: da nobis ita dn̄ice passionis sacramēta peragere:vt indulgētiam pcipere mereamur. Per dominum nostrum iesum christū.

¶ Lectio hieremie prophete.

In dieb⁹ illis. Dixit hieremias. Domine:demonstrasti michi et ego cognoui tu ostendisti michi studia eorum. Et ego quasi agnus māsuet⁹ q̄ portat ad victimā:et nō cognoui: qr cogitauerūt super me cōcilia dicētes. Mittamus lignū in panē eius: et eradamus eū de terra viuētium: et nomen eius nō memoret ampli⁹. Tu autem dn̄e sabaoth q̄ iudicas iuste:et pbas renes et corda videā q̄so vltionē tuā ex eis. Tibi ei reuelaui cām meā:dn̄e deus meus. Grad. Ego autem dum michi molesti

sent induebam me cilicio: ꝛ humiliabā i
ieiunio aīam meā ꝛ oꝛō mea in sinu meo
conuertetur. ℣. Judica dn̄e nocentes me ex
pugna impugnantes me: appꝛehēde ar
ma et scutū/ et exurge in adiutoꝛiū michi.
Sequatur passio cū Dominus vobiscū.

¶ Passio domini nostri iesu chꝛisti Secū
dum Marcum. xiiii.

In illo tēpoꝛe. c Erat pascha ꝛ azi-
ma post biduū. Et q̄rebant summi
sacerdotes ꝛ scribe: quomō iesū dolo tene-
rent: ꝛ occiderēt. Dicebant autē. s Nō in
die festo. c Ne foꝛte tumultus fieret in po
pulo. Et cū eēt iesus bethanie in domo sy-
monis lepꝛosi ꝛ recūberet: vēit mulier ha-
bens alabastrū vnguēti nardispicati pꝛe-
ciosi ꝛ fracto alabastro effudit sup caput
eius. Erāt aūt q̄dā indigne ferētes itra se-
metipos: ꝛ dicentes. s Ut quid pditio ista
vnguēti facta est? Poterat eīn vnguētum
istud venūdari plusq̄ trecētis denariis/ et
dari pauperib⁹. c Et fremebāt i eā. Jesus
aūt dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi mole
sti estis? Bonū opus opata est i me. Sēp
enī pauperes habetis vobiscū: et cū volue
ritis potestis illis bn̄facere: me aūt nō sem
per habebitis. Qđ habuit hec fecit: pueīt
vngere coꝛpus meū in sepulturā. Amē di
co vobis: vbicūq̄ pdicatū fuerit euangeli
um istud in vniuerso mūdo ꝛ qđ fecit hec
narrabit i memoꝛiā ei⁹. c Et iudas scario
tis vn⁹ de duodecim abiit ad sūmos sa-
cerdotes: vt pderet eū illis. Qui audiētes
gauisi sūt: ꝛ pmiserūt ei pecuniā se datu-
ros. Et q̄rebat quō illū opoꝛtune traderet
Et pꝛio die azimoꝝ qn̄ pascha imolabāt:
dicunt ei discipuli. s Quo vis eam⁹ et pa-
remus tibi vt manduces pascha? c Et mi
sit duos ex discipul' suis: ꝛ dixit eis. ✠ Ite
i ciuitatē et occurret vobis hō lagenā aq̄
baiulans. Sequimini eū. Et quocūq̄ itroie
rit: dicite dn̄o dom⁹: q2 magister dicit. Ubi
est refectio mea vbi pascha cū discipl'is me
is māducē? Et ipse vobis demōstrabit ce-
naculū grande stratū ꝛ illic parate nobis.
Et abierūt dicipuli eius: ꝛ venerūt i ciui
tatē ꝛ inuenerūt sicut dixerat illis: ꝛ para-
uerūt pascha. Uespe aūt facto: venit cum
duodeci. Et discūbētib⁹ eis: ꝛ māducanti-
bus ait iesus. ✠ Amē dico vobis: q2 vn⁹
ex vobis me tradet q̄ māducat mecū. c At
illi ceperūt cōtristari: ꝛ dicere ei sigillatim.
s Nūqd ego? c Qui ait illis. ✠ Unus ex
duodecim: q̄ intingit mecū manū in cati-
no. Et fili⁹ q̄dē hoīs vadit: sicut scriptum
est de eo. Ue autē hoī illi: p quē filius hoīs
tradet. Bonū erat ei si non eēt natus hō il-
le. c Et māducātib⁹ illis: accepit iesus pa-
nē: ꝛ bn̄dicēs fregit ꝛ dedit eis ꝛ ait. ✠ Su
mite: hoc est coꝛpus meū. c Et accepto ca-
lice grās agens dedit eis. Et biberūt ex il-
lo oēs. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis me⁹
noui testamēti q̄ p multis effundet. Amē
dico vobis q2 iā nō bibā de genimine vit̄:
vsq̄ in diē illū cū illud bibam nouū in re-
gno dei. c Et hymno dicto: exierūt in mō
tem oliuarū. Et ait eis iesus. ✠ Oēs vos
scādalizabimini in me in nocte ista: q2 scri
ptum est. Percutiam pastoꝛē ꝛ dispgētur
oues. Sed postq̄ resurrexero: pcedā vos i
galileā. c Petrus aūt ait illi. s Et si omēs
scādalizati fuerint: sed non ego. c Et ait il-
li iesus. ✠ Amen dico tibi: q2 tu hodie in
nocte hac pꝛiusq̄ gallus bis vocē dederit:
ter me es negaturus. c At ille ampli⁹ loq̄-
batur. s Et si opoꝛtuerit me simul cōmo-
ri tecū/ non te negabo. c Similiter autē et
omnes dicebant. Et veniunt in pꝛedium
cui nomē gethsemani: et ait discipulis su-
is. ✠ Sedete hic donec oꝛem. c Et assu-
mit petrum et iacobum et iohannem se-
cum: et cepit pauere et tedere. Et ait illis.
✠ Tristis est anima mea: vsq̄ ad moꝛtē
Sustinete hic ꝛ vigilate. c Et cum pces-
sisset paululū: pꝛocidit super terram ꝛ oꝛa
bat vt si fieri posset transiret ab eo hoꝛa.
Et dixit. ✠ Abba pater omnia tibi possi
bilia sunt: transfer calicē hunc a me. Sed
non quod ego volo: sed quod tu. c Et ve-
nit: et inuenit eos doꝛmientes. Et ait pe-
tro. ✠ Symon doꝛmis? Non potuisti
vna hoꝛa vigilare mecū? Uigilate ꝛ oꝛa-
te: vt nō intretis i tētationē. Spūs quidē
pꝛōptus est: caro aūt īfirma. c Et iterū abi
ens oꝛauit eūdē sermonē dicēs. Et reuer-
sus denuo: īuenit eos doꝛmiētes. Erāt enī
oculi eoꝝ grauati: et ignoꝛabāt qđ respō-
derēt ei. Et venit tertio et ait illis. ✠ Doꝛ

mite iam ⁊ requieſcite. Sufficit. Uenit ho
ra: ecce tradetur filius hoīs: in manus pec
catoꝝ. Surgite eamꝰ: ecce qui me tradet
ꝓpe eſt. c Et adhuc eo loquente: venit iu-
das ſcarioth vnus ex duodecim: et cuꝫ eo
turba multa cū gladiis ⁊ lignis: miſſi a ſū
mis ſacerdotibus: ⁊ ſenioꝛibus ⁊ ſcribis.
Dederat autē traditoꝛ eis ſignū dicens. s
Quēcūqꝫ oſculatꝰ fuero ipſe eſt tenete eū: ⁊
ducite caute. c Et cū veniſſet: ſtatim acce
dēs ad eū ait. s Rabbi. c Et oſculatus eſt
eū. At illi manus iniecerunt in ieſum: ⁊ te
nuerūt eū. Unus aūt de circūſtātibus edu
cēs gladiū: pcuſſit ſeruū ſūmi ſacerdotis:
⁊ amputauit illi auriculam. Et reſpōdēs
ieſus: ait illis. ✠ Tanꝙ̄ ad latronem exi
ſtis: cū gladiis ⁊ lignis cōpꝛehendere me.
Quotidie erā apud vos in templo docēs
et me nō tenuiſtis: ſed vt ipleanť ſcriptu-
re. c Tunc diſcipuli eiꝰ relinquentes euꝫ:
oēs fugerūt. Adoleſcens aūt q̄dā ſequeba
tur eū amictꝰ ſyndone ſup nudo: et tenue
rūt eum. At ille reiecta ſyndone nudus ꝓ-
fugit ab eis. Et adduxerūt ieſum ad ſum-
mū ſacerdotē. Et cōuenerunt oēs ſacerdo
tes: et ſcribe et ſenioꝛes. Petrus aūt a lon-
ge ſecutus eſt eū: vſqꝫ intro in atriuꝫ ſūmi
ſacerdotis. Et ſedebat cū miniſtris: ⁊ cale-
faciebat ſe ad ignem. Sūmi vero ſacerdo
tes et oē cōſiliū querebāt aduerſus ieſū te
ſtimoniū vt eum moꝛti traderēt: nec inue-
niebāt. Multi eñ falſum teſtimoniū dice
bant aduerſus eū: et cōuenientia teſtimo-
nia illoꝝ nō erant. Et quidam ſurgentes
falſum teſtimoniū ferebant aduerſus eū:
dicētes. s Qm̄ nos audiuimus eū dicētē.
Ego diſſoluaꝫ templū hoc manufactū: et
poſt triduū aliud non manufactū edifica
bo. c Et non erat cōueniēs teſtimoniū il-
loꝛum. Et exurgēs ſūmus ſacerdos i me-
diū: interrogauit ieſum dicens. s Nō re-
ſpondes q̄cꝙ̄ ad ea q̄ tibi obiiciuntur ab
his? c Ille autē tacebat: ⁊ nichil reſpōdit.
Rurſum ſūmus ſacerdos īterrogabat eū
⁊ dixit ei. s Tu es xp̄us filius dei benedi-
cti? c Ieſus auteꝫ dixit illi. ✠ Ego ſum.
Et videbitis filiū hoīs ſedētē a dextris vir
tutis dei: et venientē cū nubibꝰ celi. c Sū-
mus autem ſacerdos ſcindens veſtimen-
ta ſua ait. s Quid adhuc deſideramus t
ſtes? Audiſtis blaſphemiam. Quid vob
videtur? c Qui omnes cōdēnauerūt eum
eſſe reū moꝛtis. Et ceperūt quidā cōſpue
re in eū et velare faciē eius et colaphis ei
cedere ⁊ dicere ei. s Pꝛophetiza. c Et m
niſtri alapis eū cedebant. Et cū eſſet pe
in atrio ſeoꝛſum: venit vna ex ancillis ſū
mi ſacerdotis. Et cum vidiſſet petrū cale
facientē ſe: aſpiciens illū ait. s Et tu cum
ieſu nazareno eras? c At ille negauit d
cens. s Neqꝫ ſcio neqꝫ noui q̄d dicas. c E
exiit foꝛas ante atriuꝫ et gallus cantau
Rurſum autē cū vidiſſet illum alia an
la: cepit dicere circūſtantibꝰ: qꝛ hic ex ill
eſt. At ille iterum negauit. Et poſt pu
lū rurſus qui aſtabāt dicebāt petro. s
re ex illis es: nam et galileus es. c Ille au
tem cepit anathematizare et iurare: qꝛ
ſcio hoīem iſtum quem dicitis. Et ſtati
iteruꝫ gallus cantauit. Et recoꝛdatus e
petrꝰ verbi q̄d dixerat ei ieſus: pꝛiuſꝙ̄ ga
lus cantet bis/ ter me negabis: et cepit fl
re. Et cōfeſtim mane cōciliū facientes ſū
mi ſacerdotes cū ſenioꝛibꝰ et ſcribis ⁊ vn
u erſo cōcilio vincientes ieſū duxerūt ⁊ t
diderūt pilato. Et interrogauit eum pi
tus. s Tu es rex iudeoꝝ. c At ille reſpo
dens: ait illi. ✠ Tu dicis. c Et accuſab
eum ſūmi ſacerdotes in multis. Pilatu
autem rurſuꝫ īterrogauit eū dicēs. s N
reſpondes q̄cꝙ̄? Uide in quantis te accu
ſant. c Ieſus auteꝫ amplius nichil reſp
dit: ita vt miraretť pilatus. Per diem au
feſtū dimittere ſolebat illis vnū ex vincti
quēcūqꝫ petiſſent. Erat aūt qui dicebatu
barrabas: qui cum ſediciosis erat vinct
qui in ſeditione fecerat homicidiū. Et cu
aſcendiſſet turba cepit rogare ſicut ſem
faciebat illis. Pilatus aūt reſpondit eis
dixit. s Uultis dimittam vobis regeꝫ iu
deoꝝ? c Sciebat eñ ꝙ per inuidiam tra
didiſſent eū ſūmi ſacerdotes. Pontific
autem cōcitauerunt turbā: vt magis ba
rabam dimitteret eis. Pilatus autem it
rū reſpondens: ait illis. s Quid ergo vu
tis faciam regi iudeoꝝ? c At illi iterū cl
mauerunt. s Crucifige eum. Pilatus ve
ro dicebat eis. s Quid eñ mali fecit? c A

i magis clamabant. s Crucifige eum. c
ylatus aũt volens populo satisfacere di
isit illis barrabã: ⁊ tradidit eis iesum fla
ellis cesuz vt crucifigeretur. Milites aũt
uxerũt eũ intro in atriũ pretorii: ⁊ conuo
ant totã cohortẽ et induũt eũ purpura: et
nponũt ei plectẽtes spineã coronã ⁊ cepe
ant salutare eũ dicẽtes. s Aue rex iudeoꝝ
Et percutiebãt caput eius arũdine: et cõ
uebant eũ: et ponẽtes genua adorabant
um. Et postq̃ illuserũt ei: exuerũt illũ pur
ura: et induerũt eũ vestimẽtis suis: ⁊ edu
ant illũ vt crucifigerẽt eũ. Et angariaue
ant pretereuntẽ quẽpiã symonẽ cyreneũ
enientẽ de villa patrẽ alexandri ⁊ ruffi vt
lleret crucẽ eius. Et perducũt illũ in gol
otha locũ: qd est interpretatũ caluarie lo
s. Et dabãt ei bibere myrrhatũ vinuz / et
[illegible] accepit. Et crucifigẽtes eũ: diuiserũt ve
imẽta eius mittẽtes sortẽ super eis: quid
uis tolleret. Erat aũt hora tertia: ⁊ crucifi
erunt eũ. Et erat titulus cause eius inscri
us: rex iudeoꝝ. Et cũ eo crucifigũt duos
trones: vnũ a dextris et alium a sinistris
us: et adimpleta est scriptura q̃ dicit. Et
m iniquis reputatus est. Et pretereũtes
asphemabãt eũ mouẽtes capita sua ⁊ di
ntes. s Vah q̃ destruis tẽplũ dei: et in tri
us diebus reedificas illud. Saluũ fac te
etipm descẽdens de cruce. c Similiter ⁊
mmi sacerdotes illudẽtes ad alterutruz
z scribis: dicebãt. s Alios saluos fecit: se
sum nõ potest saluũ facere. Christus rex
ael descẽdat nũc de cruce: vt videam⁹ et
edamus. c Et q̃ cũ eo crucifixi erãt cõui
abãtur ei. Et facta hora sexta: tenebre fa
e sunt per totã terrã / vsq; in horã nonam
t hora nona: exclamauit iesus voce ma
na dicẽs. ✠ Heloy / heloy lamazabatha
: c Qd est interpretatũ. ✠ Deus meus:
eus me⁹: vt quid dereliq̃sti me: c Et q̃dã
e circũstãtibus audiẽtes: dicebãt. s Ecce
lyã vocat. c Currẽs aũt vnus et implẽs
ongiã aceto circũponẽsq; calamo: potuz
abat ei dicẽs. s Sinite: videam⁹ si veniat
lyas ad deponẽdũ eũ. c Jesus aũt emis
voce magna: expirauit. Hic fiat genufle
io dicendo Pater noster Aue maria. Jn
anus tuas. c Et velũ tẽpli scissum est in
duo a summo vsq; deorsuz. Vidẽs aũt cen
turio q̃ ex aduerso stabat: q: sic clamãs ex
pirasset: ait. s Vere homo hic fili⁹ dei erat.
c Erant aũt ⁊ mulieres de lõge aspiciẽtes:
inter quas erat maria magdalene et ma
ria iacobi minoris et ioseph mater et salõe
Et cũ esset in galilea sequebãtur eũ et mi
nistrabãt ei: ⁊ alie multe q̃ simul cũ eo ascẽ
derãt hierosolimam. Euangelium.

ET cum iam sero factũ esset: q: erat
parasceue quod est ante sabbatũ ve
nit ioseph ab arimathia nobilis decurio q̃
et ipse erat expectãs regnum dei. Et auda
cter introiuit ad pylatũ: ⁊ petiit corpus ie
su. Pylatus aũt mirabatur si iam obiisse.
Et accersito centuriõe: interrogauit euz si
iam mortuus esset. Et cum cognouisset a
centuriõe: donauit corpus ioseph. Joseph
aũt mercatus syndonẽ: ⁊ deponẽs eũ inuol
uit syndone ⁊ posuit eũ in monumẽto qd
erat excisum de petra. Et aduoluit lapidẽ
ad ostium monumẽti. Offer. Custodi me
dñe de manu peccatoris: et ab hominibus
iniquis eripe me dñe. ℣. Qui cogitauerũt
supplantare gressus meos absconderũt su
perbi laqueum michi. Secreta.

DJcate tibi plebis dñe q̃s oblatiões
sanctifica vt a terrene vetustatis cõ
uersatiõe mũdati: celestis vite pfectib⁹ in
nouemur. Per do. Com. Aduersuz me ex
ercebãtur q̃ sedebãt in porta: ⁊ in me psal
lebant qui bibebant vinũ: ego vero oratio
nem meam ad te dñe tempus beneplaciti
deus in multitudine mĩe tue. Postcõio.

REpleti dñe sacri muneris gr̃a sup
plices exoramus: vt q̃ gustu corpo
reo dulci veneratione cõtingimus / dulcio
ra mẽtibus sentiam⁹. Per do. Sup ppl'm.
Humiliate capita vestra deo. Oratio.

TUa nos mĩa deus et ab omni sur
reptione vetustatis expurget: ⁊ ca
paces sancte nouitatis efficiat. Per dñm.

Feria quarta. Officium.

JN noĩe dñi omne genu flectat
celestiũ terrestriũ et infernorũ
quia dñs fact⁹ est obediẽs vsq;
ad mortem: mortẽ aũt crucis:
ideo dñs iesus xp̃s in gloria est dei patris.
Ps. Dñe exaudi orationẽ meam: et clamor

meus ad te veniat. Sequatur oratio sine Dñs vobiscum. sed tñ cum Oremus. et Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta qs ops deus: vt q nostris excessibus incessanter affligimur: per vnigeniti tui passionē liberemur. Qui tecū.

Lectio Isaye prophete. lxii. et lxiii.

Hec dicit dñs deus. dicite filie syō: ecce saluator tuus venit. Ecce merces eius cū eo: et opus illius corā illo. Quis est iste q venit de edō: tinctis vestib⁹ de bosra: Iste formosus i stola sua gradiēs in multitudie fortitudinis sue. Ego q loquor iusticiam et ppugnator sum ad saluādum. Quare ergo rubrū est indumētū tuū et vestimēta tua sicut calcātiū i torculari: Torcular calcaui solus et de gentibus nō est vir mecū. Calcaui eos in furore meo: et cōculcaui eos in ira mea. Et aspsus est sanguis eor sup vestimēta mea: et oīa indumenta mea inqnaui. Dies eniʒ vltionis in corde meo: annus retributiōis mee venit. Circūspexi et nō erat auxiliator: quesiui et nō fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi brachiū meū: et indignatio mea ipa auxiliata ē michi. Et ɔculcaui populos in furore meo: et inebriaui eos indignatione mea: et detraxi in terrā vtutē eor. Miserationū dñi recordabor. Laudē dñi ānūciabo sup oīb⁹ q reddidit nobis dñs de⁹ nr. Gr. Ne auertas faciē tuā a puero tuo qm̄ tribulor velocit exaudi me. ℣. Saluū me fac deus qm̄ intrauerūt aq vsq ad aiam meā: ifixus sū in limo pfundi et nō ē substātia. Sequat Dñs vo. Oremus et Flectam⁹ ge. Leuate. Orō.

Deus qui pro nobis filiū tuū crucis patibulū subire voluisti vt inimici a nobis expelleres potestatē: cōcede nobis famulis tuis: vt resurrectiōis eius gratiaʒ ɔsequamur. Per eūd. Hic dñr mēor ɔsue.

Lectio Isaye prophete. liii.

In dieb⁹ illis. Dixit isayas. Dñe qs credidit auditui nostro: et brachium dñi cui reuelatū est: Et ascēdet sicut virgultum corā eo: et sicut radix de terra sitiēti: et nō est species ei neq decor. Et vidim⁹ eū et nō erat aspectus et desiderauim⁹ eū despectū et nouissimū viror virū dolorū et sciētē infirmitatē. Et quasi absconditus vultus eius et despectus: vnde nec reputauim⁹ eū. Uere languores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eū quasi leprosum et pcussum a deo et humiliatū. Ipse autē vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est ppter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: et liuore eius sanati sumus. Oēs nos quasi oues errauimus: vnusquisq in viam suā declinauit et dñs posuit in eo iniquitatē oīm nostrū. Oblatus est qr ipse voluit: et nō aperuit os suū. Sicut ouis ad occisionē ducetur: et quasi agnus corā tōdente se obmutescet: et nō aperiet os suū. De angustia et de iudicio sublat⁹ est. Generationem eius quis enarrabit: Qr abscisus est de terra viuentiuʒ. Propter scelus populi mei percussi eū: et dabit impios pro sepultura et diuitē pro morte sua: eo q iniquitatem nō fecerit: neq dolus fuerit in ore eius. Et dñs voluit conterere eū in infirmitate. Si posuerit pro peccato animā suaʒ: videbit semen longeuum / et volūtas dñi in manu eius dirigetur: p eo qd tradidit i mortē aīam suā: et cū sceleratis reputat⁹ est. Et ipse pctā multorū tulit. Et p trāsgressorib⁹ rogauit vt nō perirēt. Dicit dñs ops. Chorus alternatim dicat tractū. ita q dū ℣. canitur chorus ex illa parte stare tenetur alia parte chori interim sedente: et sic percantetur totus tractus a choro. qn̄cunq dicitur tractus a choro in stallis a septuagesima vsq ad pascha. Tractus.

Domine exaudi orationē meā et clamor me⁹ ad te veniat. Ne auertas faciem tuam a me in quacunq die tribulo inclina ad me aurem tuā. In quacunq die inuocauero te: velociter exaudi me. ℣. Defecerunt sicut fum⁹ dies mei: et ossa mea sicut in frixorio cōfrixa sunt. Percussus sum sicut fenū et aruit cor meū: qr oblitus sum manducare panē meū. Tu exurgens dñe misereberis syon: quia venit tempus miserendi eius. Sequatur passio cū Dominus vobiscum. Passio dñi nostri iesu christi Secundum Lucam. xxii.

In illo tpe. Appropinquabat autē dies festus azimor: q dicitur pascha. Et querebāt principes sacerdotū et scribe

quomõ iesuz iterficerẽt. Timebant vero plebẽ. Intrauit aũt sathanas in iudã q̃ cognomiabat scarioth vnũ de duodecim: et abiit ⁊ locut⁹ est cũ principibus sacerdotũ et magistratibus queẽadmoduz illũ traderet eis Et gauisi sunt: ⁊ pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopõdit. Et q̃rebat oportunitatez vt traderet illũ sine turbis. Venit aũt dies azimorũ i qua necesse erat occidi pascha: ⁊ misit petrũ ⁊ iohãnẽ dicẽs. ✠ Euntes parate nobis pascha: vt mãducemus. At illi dixerũt. Ubi vis parem⁹? c Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeũtibus vobis i ciuitatẽ occurret vobis hõ q̃dã amphoram ã portãs: seq̃mini eũ in domũ i quã itrat et dicetis patrifamilias domus Dixit tibi magister. Ubi ẽ diuersoriũ: vbi pascha cuz discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostẽdet cenaculũ magnũ stratũ ⁊ ibi parate. c Eũtes aũt iuenerunt sicut dixit illis iesus: ⁊ parauerũt pascha. Et cũ facta esset hora discubuit: et duodecĩ apl̃i cũ eo. Et ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ: ãteq̃ patiar. Dico enĩ vobis: q2 ex hoc nõ mãducabo illud donec impleatur in regno dei. c Et accepto calice: gratias egit ⁊ dixit ✠ Accipite et diuidite inter vos. Dico enĩ vobis q2 non bibã de generatiõe vitis: donec regnũ dei veniat. c Et accepto pane: gratias egit et fregit et dedit eis dicens. ✠ Hoc est corpus meũ qd̃ pro vobis dat̃: hoc facite in meã cõmemorationẽ. c Similit̃ et calicẽ: postq̃ cenauit dicẽs. ✠ Hic est calix nouum testamẽtuz in sanguine meo: qui p̃ vobis fundet̃. Uerumtamen ecce manus tradentis me: mecũ est in mẽsa. Et quidẽ filius hoĩs: scd̃m qd̃ diffinitũ est vadit. Uerũtamen ve hoĩ illi: per quẽ tradet̃. c Et ipsi ceperũt querere inter se quis esset ex eis: qui hoc factur⁹ esset. Facta est aũt et contẽtio inter eos: q̃s eorũ videretur esse maior. Dixit aũt eis. ✠ Reges gentiũ dominãtur eorũ: ⁊ qui potestatem habent sup̃ eos bñfici vocãtur. Uos aũt non sic. Sed qui maior est in vobis: fiat sicut minor. Et qui precessor est: sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recũbit: an qui ministrat? Nõne qui recũbit? Ego autem in medio vestrũ sum: sicut q̃ ministrat. Uos autẽ estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis et bibatis super mẽsam meam in regno meo: ⁊ sedeatis super thronos duodecim: iudicãtes duodecĩ tribus israel. c Ait aũt dñs symoni. ✠ Symon: ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ego aũt rogaui p̃ te: vt non deficiat fides tua. Et tu aliquãdo cõuersus: cõfirma fratres tuos. c Qui dixit ei. s Dñe tecum paratus sum ⁊ in carcerez: ⁊ in mortem ire. c Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre: non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. c Et dixit eis ✠ Quãdo misi vos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamẽtis: nũquid aliquid defuit vobis. c At illi dixerũt s Nichil. c Dixit ergo eis. ✠ Sed nũc qui habet sacculũ: tollat similiter ⁊ perã. Et q̃ non habet vendat tunicã suam ⁊ emat gladium. Dico enim vobis qm̃ adhuc hoc qd̃ scriptum est oportet impleri in me. Et cuz iniquis deputat⁹ est. Etenim ea que dicta sunt de me: finẽ habent. c At illi dixerũt. s Dñe: ecce gladii duo hic. c At ille dixit eis. ✠ Satis est. c Et egressus: ibat secũdũ cõsuetudinẽ in mõtẽ oliuarũ. Secuti sunt ãt illum: ⁊ discipuli. Et cuz peruenisset ad locum dixit illis. ✠ Orate: ne intretis in tẽtationẽ. c Et ipse auulsus est ab eis: quãtũ iactus est lapidis. Et positis genibus: orabat dicens. ✠ Pater: si vis transfer calicẽ istum a me. Ueruntamẽ nõ mea volũtas: sed tua fiat. c Apparuit aũt illi angelus de celo confortãs eũ. Et factus in agonia: prolixius orabat Et factus est sudor eius sicut gutte sanguis decurrẽtis in terrã. Et cum surrexisset ab oratiõe ⁊ venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pre tristicia. Et ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite: orate ne intretis in tentationẽ. c Adhuc eo loquente ecce turba ⁊ qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos. Et appropiquauit iesu: vt oscularetur eũ Jesus autem dixit illi. ✠ Juda: osculo filium hominis tradis? c Uidẽtes aũt hi qui circa ipm̃ erant quod futurũ erat: dixerunt ei. s Dñe si percutim⁹ in gladio. c Et percussit vn⁹ ex illis seruũ principis sacerdotũ

et amputauit auriculam eius dexterã. Re
spondens aũt iesus ait. ✠ Sinite vsq₃ huc
c Et cũ tetigisset auriculã eius sanauit eũ
Dixit aũt iesus ad eos q̃ venerãt ad se pri
cipes sacerdotũ ⁊ magĩratus tẽpli: et senio
res. ✠ Quasi ad latronẽ existis cum gla
diis et fustibus: ⁊ quotidie vobiscũ fuerim
in templo: ⁊ non extendistis manus in me
Sed hec est hora vestra: ⁊ potestas tenebra
rum. c Cõprehendentes aũt eum: duxerũt
ad domũ principis sacerdotũ. Petrus ve
ro sequebatur eũ a lõge. Accenso aũt igne
in medio atrii ⁊ circunsedẽtibus illis: erat
petrus in medio eorũ. Quẽ cũ vidisset an
cilla quedã sedentẽ ad lumẽ ⁊ eũ fuisset in
tuita: dixit. s Et hic cũ illo erat. c At ille ne
gauit eũ dicens. s Mulier non noui illũ. c
Et post pusillũ: alius videns eũ dixit. s Et
tu de illis es. c Petrus vero ait. s O hõ nõ
sum. c Et interuallo facto quasi hore vni⁹
alius quidã affirmabat dicens. Vere: ⁊ hic
cũ illo erat nã ⁊ galileus est. c Et ait petr⁹.
s Hõ nescio q̃d dicis. c Et continuo adhuc
eo loquẽte cãtauit gallus. Et cõuersus dñs
respexit petrũ. Et recordat⁹ est petrus ver
bi dñi sicut dixerat q̃r priusq̃ gallus cãtet:
ter me negabis. Et egressus foras petrus:
fleuit amare. Et viri qui tenebãt illũ: illu
debãt ei cedẽtes. Et velauerũt eũ: ⁊ percu
tiebant faciẽ eius et interrogauerũt eũ di
centes. s Prophetiza: q̃s est q̃ te percussit.
c Et alia multa blasphemãtes: dicebãt in
eum. Et vt factus est dies conuenerunt se
niores plebis ⁊ principes sacerdotũ et scri
be ⁊ duxerũt illũ in consiliũ suum dicentes
s Si tu es christus: dic nobis. c Et ait illis
✠ Si vobis dixero nõ credetis michi. Si
aũt et interrogauero nõ respõdebitis mihi
neq₃ dimittetis. Ex hoc aũt erit filius hoĩs
sedens a dextris virtutis dei. c Dixerũt aũt
oẽs. s Tu ergo es filius dei. c Qui ait. ✠
Vos dicitis quia ego sum. c At illi dixerũt
s Quid adhuc desideramus testimoniũ?
Ipsi enĩ audiuimus de ore eius. c Et sur
gens oĩs multitudo eorũ: duxerũt illum ad
pylatũ. Ceperũt aũt accusare eũ dicẽtes. s
Hunc inuenim⁹ subuertentẽ gentẽ nostrã
et prohibentẽ tributa dari cesari ⁊ dicentẽ
se xpm regẽ esse. c Pylatus aũt interroga

uit eũ dicens. s Tu es rex iudeorũ? c At ille
respõdens ait. ✠ Tu dicis. c Ait aũt pyla
tus ad principes sacerdotũ: ⁊ turbas. s Ni
chil inuenio cause in hoc hoĩe. At illi inua
lescebãt dicẽtes. s Cõmouit populũ doce
per vniuersã iudeã: incipiẽs a galilea vsq₃
huc. c Pylatus aũt audiẽs galileã interro
gauit si hõ galileus esset. Et vt cognouit
q̃ de herodis potestate esset: remisit eũ ad
herodem: qui et ipse erat hierosolymis illis
diebus. Herodes aũt viso iesu: gauisus est
valde. Erat enim cupiens ex multo tẽpore vi
dere eũ/eo q̃ audierat multa de eo: ⁊ spera
bat signũ aliquod videre ab eo fieri. Inter
rogabat aũt illũ: multis sermonib⁹. At ip
nichil illi respõdebat. Stabãt aũt principes
sacerdotũ et scribe: constãter accusantes eũ
Spreuit autẽ illũ herodes cũ exercitu suo
et illusit indutũ veste alba: ⁊ remisit ad py
latum. Et facti sunt amici herodes et py
latus in ipsa die. Nam antea inimici era
adinuicem. Pylatus aũt cõuocatis princi
pibus sacerdotũ et magistratibus ⁊ plebe
dixit ad illos. s Obtulistis michi hũc ho
minem quasi auertentẽ populũ ⁊ ecce ego
coram vobis interrogans: nullã causam
inueinio in homine isto: ex his in quib⁹ eu
accusatis. Sed neq₃ herodes. Nam remi
vos ad illum: et ecce nichil dignum mor
actum est ei. Emendatũ ergo illũ dimitt
c Necesse autẽ hẽbat: dimittere eis per di
festum vnũ. Exclamauit autẽ simul vni
uersa turba: dicens. s Tolle hunc: ⁊ dimit
te nobis barrabam. c Qui erat propter se
ditionem quandã factã in ciuitate ⁊ homi
cidium missus in carcerẽ. Iterum autẽ py
latus locutus est ad illos: volens dimitte
re iesum. At illi succlamabant dicentes.
Crucifige crucifige eum. c Ille autẽ tertio
dixit ad illos. s Quid enim mali fecit iste
Nullã causam mortis inuenio in eo. Cor
ripiam ergo illũ: et dimittã. c At illi inst
bant vocibus magnis: postulantes vt cru
cifigeretur: ⁊ inualescebant voces eorũ. Et
pylatus adiudicauit fieri petitionẽ eorũ.
Dimisit aũt illis qui propter homicidiũ
seditionẽ missus fuerat in carcerẽ quẽ pe
tebant: iesum vero tradidit voluntati eorũ
Et cum ducerẽt eũ: apprehẽderũt symon

ıuēdā cyrenensē veniētē de villa:et īposue
ūt illi crucē portare post iesũ. Seq̄bat aũt
illũ m̄lta turba populi ⁊ mulierũ : q̄ plāge
bāt ⁊ lamētabāt eũ. Cōuersus aũt ad illas
sꝰ dixit. ✠ Filie hierusalē nolite flere su-
per me:sꝫ sup vosipsas flete:⁊ sup filios ve
stros. Qm̄ ecce veniēt dies in quibꝰ dicent
Beate steriles ⁊ vētres q̄ non genuerũt:et
vbera que nō lactauerũt. Tũc incipiēt di-
cere mōtibꝰ:cadite super nos et collibꝰ ope
rite nos. Quia si in viridi ligno hec faciũt
in arido q̄d fiet. c Ducebātur aũt ⁊ alii duo
neq̄ cũ eo:vt interficerent. Et postq̄ vene-
runt in locũ q̄ vocatur caluarie: ibi crucifixe
runt eũ:⁊ latrones vnũ a dextris ⁊ alteruꝫ
a sinistris. Jesus autē dicebat. ✠ Pater di
mitte illis:nō eni sciũt quid faciũt. c Diui-
dentes vero vestimēta eius miserũt sortes
et stabat populus expectās: et deridebāt
eũ p̄ncipes:cũ eis dicētes. s Alios saluos
fecit:seipsũ saluũ faciat si hic est cristus dei
electus. c Illudebāt āt ei et milites accedē
tes:⁊ acetũ offerētes illi dicētes. s Si tu es
rex iudeorꝝ saluum te fac. c Erat aũt ⁊ sup
scriptio scripta super illũ litteris grecis et
latinis et hebraicis. Hic ē rex iudeorꝝ. Unꝰ
autē de his qui pēdebāt latronibus:blasphe-
mabat eũ dicēs. s Si tu es xp̄s:saluum fac
temetipsum ⁊ nos. c Respōdēs āt alter:in
crepabat illum dicēs. s Neq̄ tu times deũ
qui i eadē dānatiōe es. Et nos quidē iuste.
Nā digna factis recipimꝰ:hic vero nichil
mali gessit. c Et dicebat ad iesũ. s Dñe me
mēto mei:cũ veneris in regnũ tuũ. c Et di
xit illi iesꝰ. ✠ Amen dico tibi:hodie mecũ
eris in paradiso. c Erat aũt fere hora sexta:
et tenebre facte sũt i vniuersa terra:vsq̄ in
horā nonā. Et obscuratus est sol:⁊ velũ tē
pli scissũ est mediũ. Et cũ dixerit dyaconꝰ.
Uelum tēpli scissum est. Uelũ ante altare
cadere p̄mittat. Et clamans voce magna
iesus ait. ✠ Pater in manꝰ tuas cōmēdo
spiritũ meuꝫ. c Et hec dicēs expirauit. Hic
fiat genuflectio dicēdo. Pat noster. Aue
maria. In manꝰ tuas. c Uidēs āt cēturio
quod factum fuerat glorificauit deuꝫ di-
cens. s Uere hic hō iustus erat. c Et omis
turba eoruꝫ qui simul aderāt ad spectacu-
lum istud et videbant que fiebant:percuti
entes pectora sua reuertebantur. Stabant
autem omnes noti eius a longe: et mulie-
res que secute erant eum a galilea hec vi-
dentes. Euangelium.

ET ecce vir nomine ioseph qui erat
decurio vir bonꝰ et iustus hic nō cō
senserat consilio et actibus eorũ ab arima-
thia ciuitate iudee:qui expectabat ⁊ ip̄e re-
gnum dei. Hic accessit ad pylatuꝫ : ⁊ petiit
corpus iesu et depositũ inuoluit syndone:
et posuit euꝫ in monumēto exciso. In quo
nōdũ quisq̄ positus fuerat. Offꝛ. Domine
exaudi orationē meaꝫ: et clamor meus ad
te perueniat. vꝰ. Ne auertas faciē tuā:ne
auertas faciem tuam a me. Secreta.

SUscipe q̄s dñe munus oblatũ/et di-
gnanter operare: vt qd̄ passiōis filii
tui dñi nostri mysterio gerimꝰ:piis affecti
bus cōsequamur. Per eũdē. Cōio Potum
meũ cũ fletu tēperabā : q2 eleuans allisisti
me:et ego sicut fenũ arui. tu aũt dñe ineter
num permanes: tu exurgens misereberis
syō:q2 venit tēpus miserēdi eiꝰ. Postcōio.

LArgire sensibus nostris oīps deus:
vt per tēporalem filii tui mortem
quam misteria veneranda testantur:vitā
nobis dedisse perpetuā confidamus. Per
eundem. Super populum. Humiliate ca
pita vestra deo. Oratio.

REspice q̄s dñe super hanc familiaꝫ
tuam pro qua dñs noster iesus xp̄s
non dubitauit manibus tradi nocentium
et crucis subire tormentum. Qui tecũ vi-
uit et regnat in vnitate. ⁊c.

C Feria.v.in cena dñi. In primis fiat re-
conciliatio peniteñ. hoc modo. Nona can-
tata pergat excellēter sacerdos ad ostium
ecclesie occid. indutꝰ vestibꝰ sacerd. in cap-
pa serica rubea cũ duobus dyaco. albis cũ
amictis indutis absq̄ subdyaco. et sine cru
ce per mediũ chori precedenti vexillo cilici
no sintq̄ presentes in atrio ecclesie qui recō
siliandi sunt. Et si ep̄s adest/principal. ar-
chidia. ex parte peniteñ. sciꝫ extra ostium
ecclesie in cappa serica legat hanc lectionē.

ADest o venerabilis pontifex tēpus
acceptum dies propiciatiōis diui-
ne et salutis humane qua mors interitum
et vita accepit eterna principium:quando

in vinea dn̄i sabaoth sic novoꝝ palmituz plātatio faciēda est: vt purgetur excecatio vetustatis. Quāuis enī a diuitiis bonitatis dei nichil tēporis vacet nūc tamē et largior est per indulgētiā remissio peccatoꝝ et copiosior per gratiā assumptio renascētiū. Augem⁹ regenerādis: crescimur reuersis. Lauāt aque: lauāt lachrime. Inde est gaudiū de assumptiōe vocatoꝝ: hic leticia de absolutione penitētiū. Inde est qđ supplices tui postea ꝙ i varias formas criminum neglectu mādatoꝝ celestiū ⁊ moruz probabiliū trāsgressiōe ceciderūt: hūiliati itaqꝫ ꝓstrati prophetica ad deum voce clamāt dicētes. Peccauimus cū patribus nostris: iniuste egim⁹: iniquitatē fecim⁹. Miserere nostri dn̄e vocē āgelicā non frustra toria aure capiētes: beati qui lugēt: quoniam ipsi cōsolabūtur. Mādūcauerūt sicut scriptū est panē doloris: lachrimis stratuz rigauerūt: coꝛ suum luctu corpus ieiuniis affixerūt vt animarū reciperēt quā ꝑdiderant sanitatē. Unicum est itaqꝫ penitente suffragiū: qđ ⁊ singulis ꝓdest ⁊ oībus i cōmune succurrit. Reintegra ergo i eis apostolice pōtifex quicqđ dyabolo suadēte/seuiēte/scindente corruptū est: ⁊ orationum tuarū patrocinantib⁹ meritis ꝑ diuine recōciliatiōis gratiā fac hoīes ꝓximos deo: vt qui ātea in suis peruersitatibus displicebant nūc iā placere se dn̄o in regionē viuorū deuicto mortis sue auctore gratulētur.

Que lectio nō legatur ep̄o absēte. Finita lectione īcipiat ep̄s ān. Uenite venite. Infra ꝑdictū ostiū cōuersus ad boriale signū faciendo cum manu quasi vocando. Deinde dyaconus ex parte peniten. scilicz extra ostium dicat. Flectamus genua. Alius dyaconus ex parte episcopi dicat. Leuate Et ita fiat tribus vicib⁹. Ita tamē ꝙ post terciam repetitionem ān. non dicitur. Flectamus genua. sz chorus prosequatur totam ān. cantore incipiēte. Filii audite me timorem domini docebo vos. ꝑs. Benedicam. Totus psalmus dicitur cum Gloria patri. Et post vnumquēqꝫ versum repetatur ān. Dum psalmus canitur a choro cum ān. semper manuatim penitentes ab aliquo presbytero de choro habitu non mūtato reddantur sacerdoti executori officii et ab ipso restituantur ecclesie gremio. Tamen si episcopus presens fuerit penitentes a ꝑsbytero reddant archid. ⁊ ab ipso reddātur ep̄o ⁊ ab ip̄o restituātur ecclesie gremio. Quib⁹ expletis: ꝓcessio more solito in choꝝ redeat. Deinde ꝓsternāt se oīs et dicāt clerici i choro septē ꝑos penitē. cū Glia patri. et Sicut erat. Sacerd. vero cū tuis ministris dicat ꝑ se septē ꝑos cū. Gloria patri. ⁊ Sicut erat. et ān. Ne reminiscaris cū Kyrieł. Christe eł. kyrieł. Pater noster. ante altare sicut in die cinerum prenotatum est. Deinde erigens se sacerdos conuersus ad australem coram dextro cornu altaris sine nota dicat. Et ne nos. Sed libera. Saluos fac seruos tuos et ācillas tuas. Deus meus sperantes in te. Conuertere dn̄e vsqꝫ quo. Et deꝑcabilis esto super seruos tuos Mitte eis domine auxilium de sancto. Et de syon tuere eos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriaz nominis tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum Domine exaudi. Et clamor. Dn̄s vobi. Et cuz spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris et me qui etiam misericordia tua primus indigeo clementer exaudi et quem non electiōe meriti: sed dono gratie tue cōstituisti operis huius ministrum da fiduciam tui muneris exequendi: tu ipse i nostro ministerio quod tue pietatis est operare. Per christum dominum nostrū. Et dicuntur omnes orationes: et terminātur sub toto lectionis: et omnes orationes cum Oremus. non dicitur Dn̄s vobiscū nisi ante primā orōnē tantū. Alia oratio.

Deus humani generis benignissime conditor: et misericordissime reformator qui hominem inuidia dyaboli ab eternitate deiectum vnici filii tui sanguine redemisti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullaten⁹ mori desideras: et qui non derelinquis deuios: assume correctos moueant pietatem tuam q̄s dn̄e horuz famuloꝝ tuoꝝ lachrimosa suspiria tu eorum medere vulneribus: tu iacentibus manum porrige salutarē: ne ecclesia tua aliqua sui

corporis portiõe vastatur:ne grex tuus de trimentũ sustineat:ne de familie tue dãno inimicus exultet:ne renatos lauacro salutari mors secũda possideat. Tibi ergo dñe supplices preces et cordis fletũ effundim⁹ tu parce confitẽtibus vt sic in hac mortali tate peccata sua te adiuuãte defleant:quatinus in tremẽdi iudicii die sentẽtiã eterne dãnatiõis euadãt: ⁊ nesciãt piissime pater qd terret in tenebris:qd stridet in flammis atq ab erroris sui via ad iter reuersi iusticie:nequaq̃ vltra vulneribus saucientur: sed integrum sit eis atq perpetuũ: ⁊ quod gratia tua cõtulit ⁊ qd misericordia reformauit. Per eundem xp̃m dñm. Alia orõ.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus:qui vulnera nostra curare dignatus es te supplices rogamus ac petimus nos humiles tui sacerdotes vt p̃cibus nostris aurez tue pietatis inclinare digneris atq ad penitentiam confessione mouearis remittasq oĩa crimina et pecca ta vniuersa ꝯdones:desq his famulis tuis dñe pro suppliciis veniam:pro merore leticiam:pro morte vitam: vt qui ad tãtam spẽ celestis apicis deuoluti sunt/de tua misericordia confidẽtes:ad bona pacifici premii tui atq ad celestia dona peruenire me reantur. Per xp̃m dñm nostruz. Hic nõ dr Oremus. sed sacerd. ad populũ conuersus manu extensa sine nota dicat absolutionẽ

Absoluim⁹ vos vice beati petri apostolorum principis cui collata est a dño potestas ligãdi atq soluendi: ⁊ quantum ad vos pertinet accusatio: ⁊ ad nos remissio:sit vobis oĩpotẽs deus vita ⁊ salus ⁊ omnium peccatorum vestrorũ pius indultor. Qui viuit ⁊ regnat cũ deo patre in vnitate spiritussancti. ⁊ cet. Et sic surgant omnes a prostratione osculantes formulas vel terram:sacerdote dicẽte. Qui viuit ⁊ si episcopus adest dicat benedictionem. Deinde incipiatur missa solenniter sine regimine chori. Officium.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu cristi in quo est salus vita ⁊ resurrectio nostra:per quem saluati ⁊ liberati sumus ps. Deus misereatur nr̃i et benedicat nobis illuminet vultum suuz super nos et misereatur nostri. Si episcopus celebret dicitur Gloria patri et filio et spirituisctõ. et siue episcopus celebret siue non dicitur cantus de Conditor. Kyriel. absq versib⁹. Si episcop⁹ celebret dr Glia in excelsis. aliter nõ sequat Oremus. sine Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deus a quo et iudas proditor reat⁹ sui penam et confessionis sue latro premium sumpsit: concede nobis tue propiciationis effectũ vt sicut in passione sua iesus christus dñs noster diuersa vtrisq intulit stipendia meritorum/ita nobis ablato vetustatis errore resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum viuit. ⁊c.

¶ Ad corinthios. i.xi.

Fratres. Conuenientibus vobis in vnũ:iam non est dñicã cenã manducare. Unusquisq enim suam cenã presumit ad mãducandũ. Et alius quidẽ esurit:alius aũt ebrius est. Nunquid domos non hẽtis ad mãducandũ ⁊ bibendũ? Aut ecclesiam dei contẽnitis ⁊ confunditis eos qui nõ habẽt? Quid dicam vobis? Laudo vos:in hoc nõ laudo. Ego eñ accepi a dño qd et tradidi vobis:qm̃ dñs iesus i qua nocte tradebatur:accepit panẽ: ⁊ grãs agens fregit et dixit. Accipite ⁊ mãducate:hoc est corpus meũ qd pro vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter et calicẽ:postq̃ cenauit dicẽs. Hic calix nouũ testamentũ est in meo sanguine: hoc facite quotienscũq bibetis in meã cõmemorationẽ. Quotiescũq eñ mãducabitis panẽ hunc et calicem bibetis: mortẽ dñi annunciabitis donec veniat. Itaq quicũq manducauerit panẽ vel biberit calicẽ dñi indigne:reus erit corpis ⁊ sanguinis dñi. Probet aũt seipz hõ: ⁊ sic de pane illo edat:et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne iudiciũ sibi mãducat et bibit: non diiudicãs corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles: et dormiunt multi Quod si nosmetipsos diiudicaremus:non vtiq iudicaremur. Dũ iudicamur autez a dño corripimur: vt nõ cũ hoc mũdo dãnemur. Hec predicta epl'a legatur in pulpito et ibidẽ cantetur gr. a duob⁹ pueris in sup

pelliciis. Gr. Christus factus est p nobis obediēs vsqꝫ ad mortem: mortē aūt crucis ℣. Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomē qd est super omne nomē Repetatur grada. nisi epus celebret. Euāgelium legatur in pulpito more dñicali.

¶ Secundum Johannem. xiii.

Ante diem festū pasche sciens iesus qr venit hora ei9: vt trāseat ex hoc mūdo ad patrē: cū dilexisset suos q̄ erāt in mūdo: in finē dilexit eos Et cena facta cuꝫ dyabolus iā misisset in cor: vt traderet euꝫ iudas symonis scariothis: sciēs qr oīa dedit ei pater in manus ⁊ qr a deo exiuit: ⁊ ad deū vadit surgit a cena ⁊ ponit vestimēta sua. Et cū accepisset lintheū: pcinxit se. Deinde misit aquā in peluim: et cepit lauare pedes discipulorꝫ suorꝫ ⁊ extergere lintheo quo erat pcinctus. Uenit ergo ad symonē petrū. Et dixit ei petrus. Dñe tu michi lauas pedes? Rñdit iesus et dixit ei. Quod ego facio: tu nescis modo: scies aūt postea. Dixit ei petrus. Nō lauabis michi pedes ineternū. Rñdit ei iesus. Si nō lauero tibi nō habetis partē mecū. Dixit ei symō petr9. Domine nō tantū pedes meos: sed ⁊ manus et caput. Dixit ei iesus. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mūdus totus. Et vos mūdi estis: sed nō oēs. Sciebat eīm quisnā esset q̄ traderet euꝫ: ppterea dixit nō estis mūdi oms. Postq̄ ergo lauit pedes eorꝫ accepit vestimēta sua: ⁊ cū recubuisset iterꝫ dixit eis. Scitis qd fecerim vobis? Uos vocatis me magr ⁊ dñe: et bñ dicitis. Suꝫ etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dñs et magister: ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplū eīm dedi vobis: vt queadmodū ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Sine Credo in vnū deū. Si epus celebrauerit legat euāge. more duplicis festi: cū Credo i vnū deū. Offr. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me non moriar sed viuā ⁊ narrabo opera dñi. Ponātur a subdyacono tres hostie ad cōsecrādū: quarū due reseruentur in crastinū vna ad percipiēdū a sacerdote: reliqua vt ponatur cum cruce in sepulchro. Secreta.

Ipse tibi q̄s dñe sancte pater omnipotens eterne deus sacrificiū nostrum reddat acceptū: qui discipulis suis in sui cōmemoratione hoc fieri hodierna traditiōe monstrauit iesus xps dñs noster. Qui tecum. Prefatio quotid. Hac die. Sanctus. solenniter cantetur: licet eps defuerit. Infra canonem. Cōmunicantes. et Hanc igitur. et Qui pridie. et dñr tā a sacerdote q̄ ab epo Tres pueri ante olei consecrationē simul cantēt hūc hymnū in suppelliciis. O redemptor. Chorus idem repetat post vnūquēqꝫ v. Hac die nō dr Agnus dei nec pax detur nisi epus celebrauerit: tūc ei dr Agnus dei. solēniter more duplicis festi ⁊ sacri crismatis āpulla p pace deosculetur. Coio. Dñs iesus postq̄ cenauit cū discipulis suis lauit pedes eorꝫ et ait illis: scitis qd fecerim vobis ego dñs et magister: exēplū dedi vobis vt et vos ita faciatis. Cātata cōione statiꝫ incipiātur vespe festiue sine regimine chori et sine Deus in adiutoriū. ab aliquo de superiori gradu icipiat ān Calicē. Psalm9.

Credidi propter qd locutus suꝫ: ego aūt humiliatus suꝫ nimis. Ego dixi in excessu meo: oīs hō mēdax. Quid retribuā dño: p oib9 q̄ retribuit michi. Calicē salutaris accipiā: ⁊ nomē dñi inuocabo. Uota mea dño reddā corā omni ppło eius: pciosa in cōspectu dñi mors sctōrꝫ ei9. O dñe qr ego seruus tuus: ego seruus tu9 et filius āncille tue Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis: et nomē dñi inuocabo. Uota mea dño reddā in cōspectu oīs populi eius: in atriis domus dñi in medio tui hierusalem. Non dr Glīa patri sed repetatur ān. Calicē salutaris accipiaꝫ et nomen dñi inuocabo. Et cetere ān. cum suis pis dñr sine Gloria patri. Psalmus.

Ad dñm cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Dñe libera aīaꝫ meā a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut qd apponatur tibi: ad linguā dolosam. Sagitte potētis acute: cū carbonibus desolatoriis Heu michi quia incolatus meus prolongatus est habitaui cuꝫ habitantibus cedar: multū incola fuit aīa mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cū loqbar illis impugnabāt me gratis. ān. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impu-

gnabant me gratis. Psalmus.

Eripe me dne ab homie malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die cositue bant prelia. Acuerut lingua sua sicut serpetes: venenu aspidu sub labiis eoru. Custodi me dne de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitaue runt supplatare gressus meos: absconderut superbi laqueu michi. Et funes extenderunt in laqueu iuxta iter scandaluz posuerunt michi. Dixi dno deus meus es tu: exaudi dne vocem deprecationis mee. Dne domie virtus salutis mee: obumbrasti super caput meum in die belli. Non tradas me dne a desiderio meo peccatori: cogitauerut contra me ne derelinquas me ne forte exaltentur. Caput circuitus eoru: labor labiorum ipsoru operiet eos. Cadent super eos carbones: in ignem deiicies eos: in miseriis non subsistet. Vir linguosus no dirigetur in terra: virum iniustu mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudiciu inopis: et vindicta pauperu. Veruntamen iusti cofitebuntur noi tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo. an. Ab hominibus iniquis libera me dne. Psalm.

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuu mearum sacrificium vespertinum. Pone domine custodiam ori meo: et ostium circunstantie labiis meis. Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cu hominibus operantibus iniquitatem: et no communicabo cum electis eoru. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleuz autem peccatoris non impingnet caput meum. Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eoru: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea qm potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terra. Dissipata sunt ossa nostra secus infernu: qr ad te dne dne oculi mei in te spe raui no auferas aiam mea. Custodi me a laqo quem statuerut michi: et ab scadalis operantiu iniquitate. Cadet in reciaculo ei9 pctores: singulariter suz ego donec trasea. an. Custodi me a laqo que statuerut mihi et ab scadalis operatiu iniqtate. Psalmus

Voce mea ad dnz clamaui: voce mea ad dnm deprecatus sum. Effudo in cospectu eius oratione mea: et tribulationem mea ante ipm pronucio. In deficiendo ex me spiritu meu: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua abulaba: absconderut laqueu michi. Cosideraba ad dextera et videba: et no erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: et no est q requirat aiaz meaz. Clamaui ad te dne: dixi tu es spes mea portio mea in terra viuentiu. Intende ad deprecatione mea: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequetib9 me quia cofortati sunt super me. Educ de custodia aiam meam ad confitendu noi tuo me expectant iusti: donec retribuas michi. an. Cosideraba ad dextera et videba: et no erat q cognosceret me. Finita hac quita a. statim incipiat An. Cenantibus. Psalm9.

Magnificat: aia mea dnm. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitate ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatioes. Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nome eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentia in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potetes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suuz: recordatus mie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraha et semini eius in secula. an. Cenatibus aut accepit iesus pane bndixit ac fregit dedit discipulis suis. Repetita an. post Magnificat. dicat sacerdos post oio. xi. Dns vobis. et Oremus. more solito.

Refecti vitalibus alimentis quesumus domine deus noster: vt quod tepore nostre mortalitatis exequimur: immortalitatis tue mucre cosequamur. Per

¶ Et sic missa et vespere simul finiantur diacono dicente Ite missa est. si episcopus celebret. si vero non missa et vespere simul finiantur cum Benedicamus domino.

Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria dominice resurrectiōis illustras: conserua in noua familie tue pgenie adoptionis spiritum quem dedisti vt corpore et mente renouati purā tibi exhibeant seruitutem. Per eūdem in vnita. eiusdem. Sequens epistola legatur in pulpito.

Ad collossenses. iii.

Fratres. Si consurrexistis cū christo que sursum sūt querite: vbi christus est in dextera dei sedens. Que sursum sunt sapite: non que super terram. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cū christo in deo. Cum enim christus apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis cū ipso in gloria. Lecta epistola duo clerici de secūda forma in cappis sericis in pulpito cantent hoc Alleluya. chorus idem et prosequatur. Clerici ℣. Confitemini dño quoniam bonus: quoniam in seculū mīa eius. Chorus finiat cū neuma. Itē clerici reincipiāt Alleluya. sine neuma. Deinde sequatur tr. a duobus de secunda forma in cappis nigris ad gradū chori totus et integer cantetur choro interim sedente. Tractus.

Laudate dominū oēs gentes: et collaudate eū oēs ppl̄i. ℣. Qm̄ confirmata est sup nos mīa ei⁹: ⁊ veritas dñi manet ineternum. Interim vero pcedat dyaconus cū subdyaco. p mediū chori more solito sine cruce ad legendū euangeliū quos precedant duo ceroferarii cereis extinctis et legat̄ in pulpito more dominicali.

Secundum Mattheum. xxviii.


Vespere autem sabbati q̄ lucescit in prima sabbati: vēit maria magdalene et altera maria videre sepulchrū. Et ecce terremotus factus est magn⁹. Angelus aūt dñi descendit de celo: et accedēs reuoluit lapidē et sedebat sup eū. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: ⁊ vestimēta eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sūt custodes: et facti sūt velut mortui. Respondēs aūt angelus: dixit mulierib⁹. Nolite timere vos. Scio eī q̄ iesum qui crucifixus est q̄ritis. Nō est hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite et videte locū vbi positus erat dn̄s. Et cito eūtes dicite discipl̄is eius quia surrexit et ecce precedet vos ī galileā. Ibi eū videbitis ecce p̄dixi vobis. Nō dicitur Credo. sed post euange. dicit̄ Dn̄s vobiscum et Oremus. Non dr̄ Offr̄. Secreta.

Suscipe q̄s domine preces populi tui cum oblationibus hostiarū: vt paschalibus iniciate mysteriis: ad eternitatis nobis medelam te operante proficiāt. Per dominū nostrū iesum christū. Prefatio.

te quidem omni tēpoꝛe: sed in hac po-
simum nocte. et **Comunicantes.** et **No**
m sacratissimam. et **Hanc igitur.** Hec
fatio dicitur per totam ebdomadā pas
: et in omnibus dominicis vsqꝫ ad ascē-
nem dñi: quādo de resurrectiōe agit̃ **Cō**
nicātes vero et **Hanc igitur.** per ebdo.
in octa. pasche tātū dicit̃: hac die dr̃ **Sā**
s. solēniter/ sacerdote vero dicēte **Pax**
sit semp vobiscū. et choꝛo respondente
cum spiritu tuo. Non dicitur **Agnus**
nec pax detur: sed facto interuallo inci-
antur vespere festiue sine regimine cho-
ine cāpanarū pulsatione. Et sine **Deus**
iutoꝛiū. a quodā de superioꝛi gradu ex
rte choꝛi sic **Alleluya.** ps̃. **Laudate dñm**
s gentes. ℣. **Quoniā cōfirmata.** ℣. **Glo-**
pri. ℣ **Sicut erat.** tota dr̃ ān. **Allā allā**
allā allā. qua dicta statim incipiat̃ ān. sup
Magnificat. ab excellētioꝛe post eū qui ce-
lebꝛauerit: sed nō pcantet̃ a choꝛo ante pi.
intonationē: nō thurificet̃ altare neqꝫ cho-
rus. ān **Vespere autē sabbati que lucescit ī**
pꝛima sabbati venit maria magdalene et
altera maria videre sepulchꝛum alleluya.
ps̃. **Magnificat.** repetita ān. dicat sacerdos
Dñs vobiscum. et **Oꝛemus.** Oꝛō.

Spiritum in nobis domine tue cari
tatis infunde: vt quos sacramentis
paschalibus satiasti tua facias pietate con
coꝛdes. Per dominū. In vnitate eiusdē.
Et sic missa et vespere simul finiant̃ dicen
te dyacono. **Ite missa est.** cū nota de **Allā.**

¶ Sequitur officium pasche.



In die pasche Ad missam Officium.
Resurrexi et adhuc tecum sum alleluya. posuisti super me manũ tuam alleluya: mirabilis facta est scientia tua alleluya alleluya. ps̃. Dñe pbasti me cognouisti me: tu cognouisti sessionez mã et resurrectionem meã. Gloria. Oro

Deus qui hodierna die p vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nr̃a q̃ preueniẽdo aspiras: etiam adiuuãdo prosequere. Per eundem. Ad corinthios. i. v.

Fratres. Expurgate vetus fermẽtum: vt sitis noua conspersio sicut estis azimi. Etenĩ pascha nostrũ: imolatus est xp̃s. Itaq epulemur. Non in fermento veteri neq in fermento malitie et neq̃tie. Sed ĩ azimis sinceritatis: et veritatis. Grad. Hec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. ℣. Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in scl̃m misericordia eius. Allã. ℣. Pascha nostrũ imolatus est xp̃s. Sequẽtia.

Fulgens preclara rutilat p orbem hodie dies in qua xp̃i lucida narrãtur ouanter prelia. De hoste supbo quem iesus triũphauit pulchre castra illius peri-

mẽs teterrima. Infelix culpa eua qua ca-
ruimus oẽs vita. Felix proles marie qua
epulamur modo vna. Benedicta sit celsa
regina illa. Generãs regẽ spoliantẽ tarta-
ra. Pollentem iã in ethera. Rex ineternu
suscipe benign' preconia nostra sedule ti-
bi canentia. Patris sedens ad dexterã Vi-
ctor vbiq morte superata atq triumpha
ta polorum possidens gaudia. O alma o cel-
sa o pulchra clementia christi luciflua o al
ma. Laus tibi honorq ac virtus qui no-
strã antiquã leuiasti sarcinã. Roseo cruo-
re agni benignissimi empta florida micat
hec aula. Potenti virtute nostra qui lauit
facinora tribuẽs dona fulgida. Stupens
valde in memet iam miror hodierna. Tã
ta indignis pandere nobis sacramenta.
Stirpe dauitica ort' de tribu iuda leo po-
tens surrexisti in gloria agnus visus es in
terra. Fundens olim arua regna petis su-
pera iustis reddẽs premia in secula dignã
ter ouantia. Dic impie zabule quid valet
nunc fraus tua Igneis nexus loris a chri
sti victoria. Tribus lingue admiramini
qs audiuit talia miracula. Ut mors mor-
tẽ sic superaret rei perciperent talẽ gratiã.
Judea incredula: cur manes adhuc inue-
recunda. Perspice cristicolas qualiter leti
canunt inclita Redẽptori carmina. Ergo
pie rex xpe nobis dãs premia Solue nexo
rũ vincula. Electorum agmina. Fac tecu re
surgere ad beatam gloriam. Digna repen-
dens merita. Paracliti sancti cõsolationẽ
piã. Expectamus secũdũ promissionẽ tu-
am. Peracta ascensionis sacra solennia.
Qua es egressus ad celos nube tectus cla
ra. Pollens laude eterna.

Secundum marcum. xvi.

In illo tpe. Maria magdalene et ma
ria iacobi et salome emerunt aroma
ta vt veniẽtes vngerẽt iesũ. Et valde ma-
ne vna sabbatorum venisit ad monumentũ
orto iã sole. Et dicebãt adinuicem. Quis
reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽ-
ti? Et respicientes: viderunt reuolutũ lapi
dẽ. Erat quippe magnus valde. Et intro
eũtes in monumẽtũ viderunt iuuenem se-
dentẽ in dextris coopertum stola candida
et obstupuerunt: qui dixit illis. Nolite ex-
pauescere. Iesum queritis nazarenũ cru-
cifixum: surrexit non est hic. Ecce loc' vbi
posuerũt eũ. Sed ite dicite discipulis eius
et petro: qr pcedet vos in galileã. Ibi eu
videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offer.
Terra tremuit: et quieuit dũ resurgeret i
iudicio deus alleluya. Secreta

Suscipe dñe qs preces populi tui c
oblationib' hostiarum vt paschalibus
ficiate mysteriis: ad eternitatis nobis m
delam te operante pficiant. Per dñm. Pr
fatio. et Te quidẽ. Infra canonem. Com
municãtes. et Hanc igit. Cõio. Pascha n
strũ imolatus est xps allã: itaq epulem
in azimis sinceritatis et veritatis alleluya
alleluya alleluya. Postcõio

Spiritum nobis dñe tue caritatis
funde: vt quos sacramẽtis pasch
libus saciasti: tua facias pietate cõcorde
Per dñm. In vnitate eiusdem.

Feria secunda Officium

Introduxit vos dominus in
trã fluẽtẽ lac et mel allã: et vt
dñi semp sit i ore vro allã al
ps. Cõfitemini dño qm bon
qm in seculum misericordia eius. Oratio

Deus qui solẽnitate paschali mu
remedia contulisti: populũ tuũ
dñe celesti dono prosequere: vt et perfect
libertatem cõsequi mereatur/ et ad vita
proficiat sempiternam. Per dominũ n
strum. Lectio actuum aplorum.

In diebus illis. Stans petrus i m
dio plebis: dixit. Viri fratres: vos s
tis qd factũ est verbũ p vniuersam iud
Incipiens eñi a galilea post baptismũ
predicauit iohãnes iesu a nazareth: qu
modo vnxit eũ deus spũsancto et virtu
qui pertransiuit benefaciendo: et sana
omnes oppressos a dyabolo: quoniam
us erat cum illo. Et nos testes sumus o
niũ: que fecit in regione iudeorũ et hier
salem quẽ occiderunt suspendentes in
gno. Hunc deus suscitauit tertia die: et de
eũ manifestũ fieri nõ omni populo: sed
stibus preordinatis a deo nobis qui m
ducauimus et bibim' cũ illo postq res
rexit a mortuis. Et pcepit nobis predic
re populo et testificari: qr ipe est q cõst

us est a deo iudex viuorum et mortuorum huic omnes prophete testimonium phibēt remissionē peccatorum accipere p nomē ei⁹: oēs qui credunt in eū. Gr. Hec dies quā fecit dñs exultemus et letemur in ea. V⁹. Dicat nunc isrl' qm̄ bonus: qm̄ in seculuz misericordia eius. Allā. V. Nonne cor nostrū ardēs erat in nobis de iesu dū loquere tur nobis in via. Sequentia.

Prima vetus expurgetur vt sincere celebretur noua resurrectio. Hec ē dies nostre spei: huius mira vis diei legis testimonio. Hec egyptū spoliauit: et hebreos liberauit: de fornace ferrea. His in arto constitutis: opus erat seruitutis: lutū latet palea. Jam diuine: laus virtutis iam triumphi: iam salutis vox erūpat libera. Hec est dies quā fecit dñs: dies nostri doloris terminus dies salutifera. Lex est vmbra futurorum: xps finis promissorum: qui cōsūmat omnia. Christi sanguis igneam hebetauit rū pheā: amota custodia. Puer nostri forma risus p quo veruex est occisus vite signat gaudium. Joseph exit de cisterna: iesus redit ad supna post mortis supplicium. Hic dracones pharaonis: draco vorat a draconis: imunis malicia. Quos ignit⁹ vulnerat: hos serpentis liberat: enei presentia. Anguem forat in maxilla: christus ham⁹ armilla: in cauerna reguli. Manū mittit ablactatus et sic fugit exturbatus vet⁹ hospes seculi. Irrisores helisei: dū ascēdit domū dei zelum calui sentiunt. Dauid arreptitius hircus emissarius: et passer effugit. In maxilla mille sternit: et de tribu sua spernit sampson matrimoniū. Samson gaze seras pandit: et asportans portas scandit montis supciliū. Sic de iuda leo fortis fractis portis dire mortis: die surgens tertia. Rugiente voce patris: ad supernum sinum matris tot reuexit spolia. Cet⁹ ionam fugitiuū: veri ione signatiuū: post tres dies reddit viuū de ventris angustia. Botr⁹ cipri reflorescit synagoge flos marcescit: et floret ecclia. Mors et vita conflixere: resurrexit xps vere: et cū xpo surrexere multi testes glorie. Mane nouū: mane letum: vespertinū tergat fletuz: qz vita vicit letum tempus est leticie. Jesu victor ie su vita: iesu vite: via trita: cui⁹ morte mors sopita ad paschalē nos inuita: mensaz cū fiducia. Uiue panis: viuax vnda: vera vitis et fecūda tu nos pasce tu nos munda: vt a morte nos secunda tua saluet gratia.

¶ Secundum lucam. xxiiii.

In illo tempore. Exeuntes duo ex discipulis iesu: ibant ipsa die i castellum qđ erat in spacio stadiorū sexaginta ab hierusalem nomine emaus. Et ipsi loq̄bantur adinuicē: de his oībus que acciderant. Et factum est dum fabularentur et secū quererent et ipse iesus appropinquās ibat cū illis. Oculi autem illorum tenebant ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes: et estis tristes? Et respōdens vnus: cui nomen cleophas: dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem: ⁊ non cognouisti que facta sunt in illa his diebus. Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De iesu nazareno qui fuit vir ppheta: potens in opere et sermone coram deo et oī populo. Et quomodo tradiderūt euz sūmi sacerdotes et principes nostri in dānationē mortis: et crucifixerunt eū. Nos autem sperabamus: quia ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec oīa tertia dies est hodie q hec facta sūt: sed ⁊ mulieres quedam ex nostris terruerūt nos: q̄ ante lucem fuerunt ad monumentū ⁊ nō inuento corpore eius: venerūt dicentes se visionem angelorū vidisse qui dicunt euz viuere. Et abierūt quidam ex nostris ad monumentum: et ita inuenerūt sicut mulieres dixerunt: ipm vero nō inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendū: in oībus que locuti sunt prophete. Nōne hec oportuit pati xpm: et ita intrare in gloriā suā? Et incipiens a moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnib⁹ scripturis que de ipso erāt. Et appropinquauerunt castello quo ibāt et ipse se finxit longius ire. Et coegerūt illum: dicentes. Mane nobiscum quoniaz aduesperascit: ⁊ inclinata est iam dies. Et intrauit cum eis: accepit panem et benedixit ac fregit et porrigebat illis. Et statī aperti sunt oculi eorum et cognouerūt eū

et ipse euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerunt adinuicem. Nōne coꝛ nostrū ardens erat i nobis de iesu dn̄o loqueret̄ nobis in via: et aperiret nobis scripturas? Et surgētes ea dē hoꝛa regressi sunt in hierusalem: et iue nerūt cōgregatos vndeci et eos qui cū ip-sis erant dicētes q' surrexit dn̄s vere et ap-paruit symoni. Et ipi narrabant que ge-sta erant in via et quomodo cognouerūt eū: in fractione panis. Credo. Offr. Angelus dn̄i descendit de celo et dixit mulieribus: quem queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Paschales hostias imolantes quesumus dn̄e: vt qd̄ frequētamus actu: cōpꝛehendamus effectu p resurgentem a moꝛtuis: dn̄m nr̄m iesum xp̄m filium tuum. Qui tecum viuit. Cōio. Surrexit dominꝰ et apparuit petro alleluya. Postcō.

Impleatur in nobis dn̄e quesumus sacramenti paschalis sancta libatio nosq3 de terrenis affectibus ad celeste trās ferat institutum. Per dn̄m nostrum.

¶ Feria tertia Officium.

Aqua sapientie potauit eos alleluya: firmabitur i illis ⁊ non flectetur allā: et exaltabit eos ineternū alleluya allā ps. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ i seculū misericoꝛdia eius. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuā nouo semp fetu multiplicas: concede famulis tuis: vt sacramentum viuēdo teneant qd̄ fide perceperunt. Per.

¶ Lectio actuū apostoloꝛum. xiii.

In diebus illis. Surgens paulus: ⁊ manu silentium indicens ait. Viri fratres filii generis abꝛaham: et qui in vobis timent deū vobis verbum salutis huius missum est. Qui enī habitant hierusalem et pꝛincipes eius: ignoꝛantes iesum ⁊ voces pꝛophetarum que per omne sabbatum legūtur iudicantes impleuerunt. Et nullam causam moꝛtis inueniētes in eo: petierūt a pilato vt interficerent eū. Cūq3 cōsūmasset oīa que de eo scripta erant deponentes eū de ligno: posuerūt in monumento. Deus vero suscitauit eū a moꝛtuis tertia die qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de galilea in hierusalem: qui vsq3 nūc sunt teste[s] eius ad plebē. Et nos vobis annūciamu[s] eā que ad patres nr̄os repꝛomissio facta [est] qm̄ hanc deus adimpleuit filiis vestris [re]suscitans iesum xp̄m dn̄m nr̄m. Gr. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus et letemur in ea. ℣. Dicant nūc qui redempti sunt a do[mi]mino quos redemit de manu inimici: [et de] regionibus cōgregauit eos. Allā. ℣. Surgens iesus dominus noster stetit i medio discipuloꝝ suoꝛum et dixit pax vobis.

Pꝛome casta contio [Sequētia] cantica oꝛgana subnectens ipodo[...]ca. Regi claustra deo tartarea: rūpenti [...] canta nūc symphonia. Moꝛte qui victa [...] surgens gaudia mūdo gesta colēda. H[...] insolita: moꝛantes pdita cochiti confini[...] Aspectant lumina intrante illo vita bea[...] Terroꝛe pcussa tremescit demonū ple[...] valida. Dant suspiria. Fletuū alta Rep[...] gula quis sic audax fregerit mirant̄ tu[...] foꝛtia. Sic ad supera. Redit cum turm[...] Gloꝛiosa ⁊ timida refouet discipuloꝝ c[...] da. Pꝛecelsa huius tropheā admirant[...] flagitemus nunc voce decliua. Virgin[...] inter agmina mereamur pꝛeciosa col[...] vt pascha. Galilea inque sacrata pꝛeful[...] da contueri lucis exoꝛdia.

Secundum Lucam. xxiii[...]

In illo tempoꝛe. Stetit iesus in m[e]dio discipuloꝝ suoꝝ ⁊ dixit eis. Pa[x] vobis. Ego sum: nolite timere. Cōturba[...]ti vero et conterriti: existimabant se spi[ri]tū videre. Et dixit eis. Quid turbati e[stis] et cogitationes ascendunt in coꝛda vest[ra]. Videte manus meas et pedes meos: q[uia] ego ipse sum. Palpate et videte: quia sp[i]ritus carnem et ossa non habet sicut m[e] videtis habere. Et cum hoc dixisset: ost[en]dit eis manus et pedes. Adhuc autem [il]lis non credentibus: et mirantibꝰ pꝛe ga[u]dio dixit. Habetis hic aliquid quod ma[n]ducetur? At illi obtulerunt ei partem p[i]scis assi: et fauū mellis. Et cū mā ducass[et] coꝛam eis: sumens reliquias dedit eis. [Et] dixit ad eos. Hec sunt verba que locut[us] sum ad vos cum adhuc essem vobiscu[m] quoniam necesse est impleri oīa q̄ scrip[ta]

sunt in lege moysi et prophetis ⁊ psalmis
de me. Tunc aperuit illis sensuz: vt intel-
ligerent scripturas. Et dixit eis. Quō sic
scriptum est et sic oportebat pati christuz:
et resurgere a mortuis die tertia. Et predi
cari in nomine eius penitentiam: et remis
sionē peccatorū: in omēs gentes. Credo.
Offertorium. Intonuit de celo dominus ⁊
altissimus dedit vocē suam ⁊ apparuerūt
fontes aquarum alleluya. Secreta.

Suscipe dñe preces ecclesie tue redē-
ptionis sue gratia exultantis: vt p̄-
sentium munerū fide: et tue resurrectiōis
credulitate pascatur. Qui viuis ⁊ regnas
cū deo. Cōio. Si consurrexistis cum chri
sto que sursum sunt querite allā. vbi xp̄s
est in dextera dei sedens que sursum sunt
sapite alleluya. Postcōio.

Sanctificēt nos dñe q̄s sumpta my-
steria: et paschalis obseruantie suf-
ficientem nobis tribuant facultatē. Per.

¶ Feria quarta Officium.

Venite benedicti patris mei: p-
cipite regnū allā: qđ vobis pa-
ratum est ab origine mūdi al-
leluya allā allā. ps Cantate do
mino cāticum nouū: quia mirabilia fecit.

Deus qui nos resurrectiōis [Oro.
dñice annua solēnitate letificas: cō-
cede propicius: vt per temporalia festa q̄
agimus peruenire ad gaudia eterna me-
reamur. Per eundem.

¶ Lectio actuū apostolorum. iii.

In diebus illis. Aperiens petrus os
suū: dixit. Viri israelite: et qui time-
tis deū audite. Deus abrahā ⁊ de' ysaac ⁊
deus iacob: deus patrū nostrorū glorifica-
uit filiū suum iesum: quem vos quidem
tradidistis et negastis ante faciem pylati:
iudicante illo dimitti. Vos aūt sctm̄ et iu
stum negastis: et petistis virū homicidaz
donari vobis. Auctorem vero vite interfe
cistis quem deus suscitauit a mortuis: cu
ius nos testes sumus. Et nūc fratres scio
quia per ignorantiā fecistis sicut et prin-
cipes vestri. Deus autem qui prenuncia-
uit per os omniū p̄phetarū pati xp̄m suū
impleuit sic. Penitemini igit et conuerti-
mini: vt deleantur peccata vestra. Grad.
Hec dies quam fecit dñs exultemus et le-
temur in ea. ℣ Dextera domini fecit vtu-
tē dextera dñi exaltauit me. Allā. ℣. Sur-
rexit dñs et occurrens mulierib' ait: auete
tūc accesserūt ⁊ tenuerūt pedes ei'. Seq̄ntia.

Concinat orbis cūctus allā. Votis
voce solēnia. Celebrando paschalia
Insonituz tenera: congaudeat turma: sa
cro fonte niuea. Spernens flegetontis vn
das. Nos quoq laxas: aptemus fibras: ar
te musica. Voce sonora: modificātes pro-
sis neumata. Voce satis tinnula. Christ'
nāq mitis hostia Fact': nostra ob reme-
dia. Crucis pertulit probra. Et iugis vita
manens subiit letalia. Fellis amara pas-
sus prelibare pocula. Vulnera satis: tole-
rauit dira: transfixus clauis et lancea. Si-
patiendo: mala gerens nostra descēdit ad
ima tartara. Hostis ātiqui: quo destringēs
arma: reuehit potens ampla: ouando tro
phea. Sicq deuicta morte: ac ressūpta car
ne resurgit victor: die in tertia. Unde iam
iocundas: ipsi canamus odas. Per quez
nobis vita plausit eterna et celi clara no-
bis patescit aula. Cui sit laus preclara.

¶ Secundum iohannem. xxi.

In illo tēpore. Manifestauit se iterz
iesus discipulis suis: ad mare tiberi-
adis: manifestauit autem sic. Erant autē
simul symon petrus et thomas qui dicit
didim': et nathanael qui erat a chana ga-
lilee: et filii zebedei: et alii ex discipulis ei'
duo. Dixit ei symon petrus. Vado pisca-
ri. Dicunt ei. Venimus et nos tecum.
Et exierūt ⁊ ascenderunt in nauim: et illa
nocte nichil prendiderunt. Mane autem
facto stetit iesus in littore: non tamen co-
gnouerunt discipuli quia iesus est. Dixit
ergo eis iesus. Pueri nūquid pulmentari
um habetis? Responderunt ei. Non. Di-
xit eis. Mittite in dexteram nauigii rhete
et inuenietis. Miserunt ergo rhete: ⁊ iam
non valebant illud trahere pre multitudi
ne pisciuz. Dixit ergo discipulus ille: quē
diligebat iesus petro. Dominus est. Sy-
mon petrus cum audisset quia dominus
est: tunica succinxit se. Erat eñ nudus et
misit se in mare. Alii autem discipuli na-
uigio venerunt. Non eñ longe erāt a ter-

ra: sed quasi cubitis ducentis trahētes rhe
te piscium. Ut ergo descenderunt in terrā
viderūt prunas positas et piscem suppo-
situm et panem. Dixit eis iesus. Afferte de
piscibus quos prendidistis nunc. Ascēdit
symon petrus & traxit rhete in terram ple
nū magnis piscibus: centum quinquagin-
ta tribus. Et cum tanti essent: non est scis-
sum rhete. Dixit eis iesus. Uenite pran-
dete. Et nemo audebat discumbentiū in-
terrogare eum: tu quis es? Scientes quia
dominus est. Et venit iesus et accepit pa-
nem et dedit eis: et piscem similiter. Hoc
etiā tertio manifestatus est iesus discipu
lis suis cum resurrexisset a mortuis. Cre
do. Offertorium Portas celi aperuit do-
minus & pluit illis manna vt ederent: pa-
nem celi dedit illis: panem angelorū mā-
ducauit homo alleluya. Secreta

Sacrificia dn̄e paschalibus gaudiis
immolata nobis tue ppiciatiōis mu
nus obtineant: quibus ecclesia tua mira-
biliter pascitur et nutritur. Per dominū.

Cōio Christus resurgens ex mortuis iā
non moritur: mors illi vltra non domina
bitur alleluya alleluya. Postcōio

Ab omni nos domine quesum⁹ ve
tustate purgatos sacramēti tui ve
neranda perceptio in nouā transferat cre-
aturam. Per. Feria. v. Officium

Uictricem manum tuam domine
laudauerunt pariter alleluya: qa
sapientia aperuit os mutū et linguas in-
fantiū fecit disertas alleluya alleluya. Ps.
Cōfitemini domino quoniam bon⁹: quo
niā in seculū misericordia eius. Oratio

Deus qui diuersitatem gentiū i cō-
fessiōe tui nominis adunasti: da vt
renatis fōte baptismatis: vna sit fides mē
tium & pietas actionū. Per dominū nr̄m.
Lectio actuum apostolorum. viii.

In diebus illis. Angelus dn̄i locut⁹
est ad philippum dicens. Surge et
vade contra meridianū: ad viam que de-
scendit ab hierusalem in gazam: hec est de
serta. Et surgēs abiit. Et ecce vir ethiops
eunuchus potens candacis regine ethio-
pum qui erat super omnes gazas eius ve
nerat adorare in hierusalem: et reuerteba
tur sedens sup currū suū legensq; isaiā p-
phetam. Dixit aūt spūs philippo. Accede
& adiunge te ad currum istum. Accurrēs
autem philippus audiuit eum legentem
isaiam pphetam et dixit. Putasne intelli-
gis que legis? Qui ait. Et quomodo pos-
sum intelligere nisi aliquis ostenderit mi-
chi. Rogauitq; philippū vt ascēderet & se-
deret secū. Locus autem scripture: quā le-
gebat hic erat. Tāq̄ ouis ad occisionē du-
ctus est: et quasi agnus corā tōdēte se sine
voce sic nō aperuit os suū. In hūilitate iu-
diciū eius sublatum est. Generationem
eius quis enarrabit? quoniā tolletur de
terra vita eius. Respondēs autē eunuch⁹
philippo dixit. Obsecro te de quo prophe-
ta dicit hoc: de se: an de alio aliquo? Aperi-
ens autem philippus os suū: et incipiens
a scriptura ista euāgelizauit illi iesum. Et
dū irent p viam venerūt ad quādā aquā.
Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis prohi-
bet me baptizari. Dixit autem philippus.
Si credis ex toto corde licet. Et respōdēs
ait. Credo filium dei esse iesum christum.
Et iussit stare currū. Et descēderūt vterq;
i aquam philipp⁹ et eunuchus et baptiza-
uit eum. Cum autē ascendissent de aqua
spiritus domini rapuit philippū & āplius
nō vidit eum eunuchus. Ibat aūt per viā
suam gaudens: philippus autem inuēt⁹
est in azoto. Et ptransiens euāgelizabat
ciuitatibus cunctis: donec veniret cesarea
nomē domini nostri iesu christi. Gr. Hec
dies quam fecit dominus exultemus et le-
temur in ea. V. Lapidem quē reprobaue-
runt edificantes hic factus est in caput an-
guli: a domino factū est istud & est mirabi-
le in oculis nostris. nō repetatur gradale.
Alleluya. V. In die resurrectionis mee di-
cit dn̄s precedā vos in galileā. Sequētia.

Dic nobis quibus etheris noua. Cun-
cto mundo nuncians gaudia. No-
stram rursus visitans patriā. Respondē
placito vultu: clara voce dixit alla. Ange-
lus michi de christo indicauit pia miracu-
la. Resurrexisse dominū: syderum cecinit
voce laudāda. Mox ergo pēnas volucres
vacuas diligens leta per auras. Redit ti-
mulis: vt dixit vacuatam legem veterem

t nouam regnare gratiam. Itaqꝫ plaudi
e famuli: voce clara xp̄us hodie redemit
os a morte dira. Pater filium tradidit se
is vt interimerēt ꝓ salute nr̄a. Sponte
biit filius mortē vt nos redimeret mor
e ab eterna. Nunc requiē rapere licet om
ibus: et vita frui ꝑpetua. Nunc colite pa
ter mecū famuli: celebri laude sanctum
ascha. Christus est pax nostra.

Secundum iohannem. xx.

In illo tēpore. Maria stabat ad mo
numentum foris plorās. Dū ergo
eret inclinauit se et prospexit i monumē
m. Et vidit duos angelos in albis sedē
s: vnū ad caput et vnū ad pedes vbi po
uz fuerat corpus iesu. Dicūt ei illi. Mu
er quid ploras? Dixit eis. Quia tulerūt
m meū et nescio vbi posuerunt eū. Hec
m dixisset: cōuersa est retrorsum: et vi
t iesum stantem et nesciebat quia iesus
t. Et dixit ei iesus. Mulier quid ploras?
Quē queris? Illa existimans quia horto
nus esset dixit ei. Domine: si tu sustuli
eum dicito michi vbi posuisti eū: ꝛ ego
tollam. Dixit ei iesus. Maria. Cōuersa
a dixit ei. Rabboni: qđ dicit magister.
Dixit ei iesus. Noli me tangere: nonduz
n ascendi ad patrem meum. Uade autē
fratres meos et dic eis. Ascendo ad pa
em meū et patrē vestrū deū meū et deuz
estrū. Uenit ergo maria magdalene an
icians discipulis: q2 vidi dn̄m: et hec di
t michi. Credo. Offr. In die solēnitat
estre dixit dn̄s: inducam vos in terram
uentem lac et mel allā. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e munera populoruz
tuorum propicius: vt confessione tui
ominis ꝛ baptismate renouati sempiter
a beatitudinē consequantur. Per. Cōio.
populus acquisitionis annūciate virtu
s eius allā. qui vos de tenebris vocauit
admirabile lumen suū allā. Postcōio.

Exaudi dn̄e preces nr̄as vt redēptio
nis nr̄e sacrosancta cōmertia et vite
obis cōferant presentis auxilium: et gau
a sempiterna concilient. Per dominū.

Feria sexta Officium.

Eduxit eos dn̄s in spe allā: et inimi
cos eorum operuit mare allā allā allā.

ps Attendite ppl̄e meus legem meā: incli
nate aurem vestrā in verba oris mei. Orō

Omnipotens sempiterne deus q̄ pas
chale sacramentū in recōciliationis
humane federe cōtulisti: da mentib9 no
stris vt quod professione celebramus imi
temur effectu. Per. Lectio epistole bea
prime. iii.

Carissimi. Xp̄s semel ꝓ peccatis no
stris mortu us est: iustus pro iniu
stis: vt nos offerret deo: mortificatos qui
dem carne/ viuificatos autem spiritu. In
quo et his qui in carcere cōclusi erant spiri
tualiter veniens predicauit qui incredu
li fuerant aliquando quando expectabāt
dei patientiam in diebus noe cū fabricare
tur arca in qua pauci: id est octo anime sal
ue facte sunt per aquam. Qđ et vos nunc
similis forme saluos facit baptisma: non
carnis depositio sordium: sed cōsciētie bo
ne interrogatio in deum. Per resurrectio
nem domini nostri iesu xp̄i: qui est in dex
tera dei. Gr. Hec dies quā fecit dn̄s exulte
mus et letemur in ea. ℣ Benedictus q̄ ve
nit in nōie dn̄i deus dn̄s et illuxit nobis.
non repetat gr. Allā. ℣ Dicite in gentib9
quia domin9 regnauit a ligno. Sequentia.

Uictime paschali laudes: immolant
xp̄iani. Agnus redemit oues: xp̄s
innocens patri: recōciliauit peccatores.
Mors et vita duello: cōflixere mirādo dux
vite mortuus regnat viu9. Dic nobis ma
ria: quid vidisti in via? Sepulchrum xp̄i
viuentis: ꝛ gloriā vidi resurgentis. Ange
licos testes sudarium et vestes. Surrexit
xp̄s spes nostra: precedet vos in galileam
Credendum est magis soli marie veraci:
q̄ iudeorum turbe fallaci. Scimus chri
stuz surrexisse a mortuis vere: tu nobis vi
ctor rex miserere. Scđm mattheū. xxviii.

In illo tp̄e. Undecim discipuli abie
runt in galileā: in montem vbi con
stituerat illis iesus. Et videntes eū adora
uerunt: quidam autem dubitauerunt.
Et accedens iesus locutus est eis dicens.
Data est michi om̄is potestas: in celo ꝛ in
terra. Euntes ergo docete oēs gentes bapti
santes eos i nōie patris et filii ꝛ sp̄usſancti
docētes eos seruare om̄ia: q̄cūqꝫ mādaui

vobis. Et ecce ego vobiscū sum oībus die
bus vsqꝫ ad cōsūmationem seculi. Credo
Offer. Erit vobis hic dies memorialis al-
leluya: et diē festū celebrabitis solēnē dño
in ꝓgenies vr̄as legitimū sempiternū di-
em alleluya allā allā. Secreta.
Hostias q̄s dñe placatus assume: q̄s
et ꝓ renatoꝝ expiatione pctī deferi-
mus: et ꝓ acceleratōe celestis auxilii. Per.
Cōio. Data est michi oīs ptās in celo ⁊ in
terra allā: eūtes docete oēs gētes baptizan
tes eos in noīe patris et filii et spiritussan-
cti alleluya alleluya. Postcōio.
Deus qui adoptiōis tue sobolē pec-
catoꝝ remissione genuisti: da vt cū
cti fideles tui veraciter apprehendāt: q̄ ꝑ-
sentibus susceperunt sacramentis. Per.
¶ Sabbato Officium.
Eduxit dñs pplm̄ suū i exulta-
tione allā. et electos suos in le
ticia allā allā. Ps. Cōfitemī do
mino et inuocate nomen eius
annūciate inter gentes opa eius. Oratio.
Concede q̄s oīps deꝰ vt qui festa pa-
schalia venerando egimꝰ: ꝑ hec cō-
tingere ad gaudia eterna mereamur. Per
dñm. ¶ Lectio epl̄e bti petri apl̄i. i. ii.
Carissimi. Deponētes igitur omnē
maliciam: et oēm dolū ⁊ simulatio
nes ⁊ inuidias: ⁊ omēs detractiones: sicut
modo geniti infantes rationabiles et sine
dolo lac cōcupiscite vt in eo crescatis in sa
lutem. Si tamen gustastis: qm̄ dulcis est
dñs. Ad quem accedētes lapidē viuū ab
hoībus quidem reprobatum a deo autē
electum: et honorificatum. Et ipī tanq̄ la
pides viui supedificamini domos spiritu
ales: sacerdotiū sanctū: offerre spiritales
hostias acceptabiles deo ꝑ iesū xp̄m. Pro
pter qd̄ ꝯtinet scriptura. Ecce ponā in syō
lapidē sūmū angularē probatū electū pre
ciosū: et oīs q̄ crediderit in eū nō ꝯfundet.
Vobis igitur honor credentibus nō credē
tibus aūt lapis quē reprobauerūt edificā-
tes hic factus est in caput anguli: et lapis
offensionis et petra scandali: his qui offen
dunt verbo: nec credūt in quo et positi sūt
Vos autem estis genus electū regale sa-
cerdotium / gens sancta: populus acquisi

tionis: vt virtutes annūcietis eius: qui de
tenebris vos vocauit in admirabile lum[en]
suum. Qui aliquando non populus dei
nunc autem populus dei. Et qui non con
secuti miam: nunc autem miam consecu
ti. Duo pueri i supplicis in pulpito di
cāt Allā. ℣ Hec dies quā fecit dñs exulte
mus et letemur in ea. nō repetatur Allā
post suū ℣sum qn̄ duo Allā. habent. sz se
cūdū Allā. semꝑ repetat post suū ℣. simi
liter fiat qn̄ vnū solum Allā. habet. Dein
de alii duo pueri ad gradū chori in suppe
liciis cantent hoc Allā. ℣. Laudate pueri
dominum laudate nomen domini ⁊ tu[..]
atur a choro: statim sequatur alius ℣. ab
eisdem pueris. ℣. Sit nomen domini be
nedictum ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum
similiter finiatur a choro. Deinde repeta
tur Allā sine neuma. Sequentia.
Mane prima sabbati / surgēs dei fili
us nostra spes ⁊ gloria. Victor re[..]
sceleris: rediit ab inferis cum sūma vic[to]
ria. Cuiꝰ resurrectio omni plena gaudi[o]
cōsolatur omnia. Resurgentis itaqꝫ: ma
ria magdalene: facta est prenūcia. Fere[ns]
xp̄i fratribus eius morte tristibꝰ expect[a]
ta gaudia. O beati oculi: quibus regē s[e]
culi morte iam deposita prima est intu[i]
ta. Hec est illa femina: cuius cuncta crimi
na ad xp̄i vestigia eius lauit gratia. Qu[e]
dum plorat et mens orat facto clamat q[uod]
cor amat iesum super omnia. Non igno
rat / quem adorat: quid precetur: sed dele[at]
qd̄ mens timet conscia. O maria mat[er]
pia stella maris appellaris operum ꝑ m[e]
rita. Matri xp̄i coequata dū fuisti sic bo[n]
ta: sed honore subdita. Illa mūdi impe[ra]
trix: ista beata peccatrix leticie primordi[a]
fuderunt in ecclesia. Illa enim fuit po[rta]
per quam fuit lux exorta: hec resurgent[is]
nūcia: mūdū replet leticia. O maria ma[g]
dalena: audi vota laude plena: apud ch[ri]
stum chorū istū clementer cōsilia. Ut fi[..]
sūme pietatis q̄ te lauit a peccatis seruo[s]
suos atqꝫ tuos: mundet data venia. Am[en]
dicant omnia.
¶ Secundum Johannem. xx.
In illo tēpore. Una sabbati maria
magdalene venit mane cū adhuc

tenebre essent ad monumentũ: et vidit la-
pidem sublatum a monumento. Cucur-
rit ergo et venit ad symonem petrum: et
ad aliũ discipulum quẽ amabat iesus: et di
xit eis. Tulerũt dñm meũ de monumẽto
et nescio vbi posuerunt eũ. Exiit ergo pe-
trus: et ille alius discipulus: et venerũt ad
monumentũ. Currebant autẽ duo simul
et ille alius discipulus precucurrit citius pe
tro et venit prior ad monumẽtũ. Et cũ se
inclinasset: vidit linteamina posita: non
tñ introiuit. Uenit ergo symon petrus se-
quens eũ: et introiuit in monumentũ. Et
vidit linteamina posita: et sudariũ quod
fuerat sup caput eius: nõ cum linteami-
nibus positum: sed separatim inuolutũ
in vnũ locum. Tunc ergo introiuit et ille
discipulus: q venerat primus ad monumẽ
tum: et vidit et credidit. Nõdũ eñ sciebant
scripturas: qr oportebat eũ a mortuis re-
surgere. Credo. Offer. Benedictus q ve-
nit in noĩe dñi benediximus vos de domo
dñi deus dñs illuxit nobis alleluya allã.

Concede qs dñe semp Secreta.
nos p hec mysteria paschalia gratu
lari: vt continua nr̃e reparationis opatio:
ppetue nobis fiat causa leticie. Per. Cõio.
Omnes qui in xp̃o baptizati estis xp̃m īdui-
stis alleluya. Postcõio.

Redemptionis nostre munere vegeta
ti qs dñe vt hoc ppetue salutis auxi
lio fides semp vera pficiat. Per dominũ
nostrum iesum christum filiũ tuum. &c.

Dominica in oct. pasche Officiũ.

Resurrexi et adhuc tecũ sum al
leluya: posuisti sup me manũ
tuam allã: mirabilis facta est
scientia tua allã allã. Ps. Dñe
probasti me et cognouisti me: tu cognoui
sti sessionem meam et resurrectionẽ meã
Gloria pa. Oratio. Deus qui hodierna die
vt s. in die pasche. et nulla fiet mẽoria d do
minica. Et epl'a. Expurgate vetus. Que
supra in die pasche. Loco gr. dicit Alle
luya. v. Pascha nostrum īmolatus ẽ xp̃s.
Secundum Allã. v. Angelus dñi descen
dit de celo: et accedens reuoluit lapidem et
sedebat super eum. Sequentia.

Laudes saluatori voce modulẽtes
supplici. Et deuotis melodiis: celesti do-
mino: iubilemus messie. Qui seipsũ exi-
naniuit / vt nos perditos: liberaret homi
nes. Carne gloriam deitatis occulens.
Pannis tegitur in presepe: miserans pre
cepti transgressorem: pulsum: patria pa-
radisi nudulum. Joseph marie: symeoni
subditur. Circunciditur: et legali hostia
mundatur vt peccator: nostra qui solet re
laxare crimina. Serui subiit manus bap
tizandus: et perfert fraudes tentatoris fu
git persequentum lapides. Famem pa-
titur / dormit / et tristatur / ac lauat discipu
lis pedes deus homo summus humilis:
sed tamen inter hec: abiecta corporis. Eius
deitas nequaq̃ quiuit: latere signis vari-
is: et doctrinis prodita. Aquam nuptiis
dat saporis vinei. Cecos oculos claro lu
mine vestiuit: lepram liuidam tactu fu-
gati placito. Putres suscitat mortuos
membraqꝫ curat debilia. Fluxum sangui
nis constrinxit: et saturauit quinqꝫ de pa
nibus: quinqꝫ milia. Stagnum peragrat
fluctuans seu siccum littus ventos sedat.
Linguam reserat cõstrictam reclusit au-
res priuatas vocibus: febres depulit.
Post hec miracula taliaqꝫ. Sponte sua
comprehenditur et damnatur. Et se cru-
cifigi: non despexit. Sed sol eius mor-
tem non aspexit. Illuxit dies quam fe-
cit dominus. Hostem deuastans: et vi-
ctor suis apparens: dilectoribus viuus.
Primo marie: dehinc apostolis. Docens
scripturas: cor aperiens vt clausa de ipso
reserarent. Fauent igitur resurgenti chri
sto cuncta gaudiis. Flores segetes: redi-
uiuo fructu vernant et volucres: gelu
tristi terso: dulce iubilant. Lucent clari-
us: sol et luna: morte christi turbida. Tel
lus herbida resurgẽti christo: plaudit que
tremula eius morte se casuram minitat.
Ergo die ista exultemus: qua nobis viaꝫ
vite resurgens: patefecit iesus. Astra / so
lum: mare iocundentur et cuncti gratu-
lentur in celis spiritales chori trinitati.

¶ Euangelium: Offertorium: et Secre-
ta vt supra in die sancto pasche. Infra ca-
nonem Communicantes. et Hanc igitur.
Cetera sicut in die pasche dicuntur.

¶ Missa dñicalis p ebdomadã Officiũ.

Quasi modo geniti infantes alleluya: rationabiles sine dolo: lac concupiscite allã allã allã. Ps. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob. Nõ dr̃ Gloria in excelsis deo. in feriis per totũ annũ qñ de feriis agit̃ nec Ite missa est. Oratio

Presta q̃s oĩpotens deus: vt qui paschalia festa peregim⁹: hec te largiẽte moribus et vita teneamus. Per. In oĩbus feriis pasche tp̃e et in oĩbus festis triũ lectionũ sine regimine chori dñr tres collecte sicut in prima dñica aduentus dñi prenotatũ est. ¶ Lectio epistole beati iohannis apostoli. prime. v.

Carissimi. Omne quod natũ est ex deo: vincit mundum. Et hec est victoria q̃ vincit mundum fides nr̃a. Quis est aũt qui vincit mũdũ nisi qui credit qm̃ iesus est fili⁹ dei: Hic est qui vẽit per aquã et sanguinem iesus xp̃s. Nõ in aqua solũ: sed in aqua et sanguine. Et spiritus ẽ qui testificatur: qm̃ xp̃s est veritas. Qm̃ tres sunt qui testimoniũ dant in celo: pater verbum et spiritussanctus: et hi tres vnũ sunt Et tres sũt qui testimoniũ dãt in terra: spiritus: aqua: et sanguis: et hi tres vnũ sunt Si testimoninm hominum accipimus: testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei: habet testimoniũ dei ĩ se. In loco gr̃. dicat̃ hoc Allã. v⁹. Post dies octo ianuis clausis: stetit iesus ĩ medio discipulor̃ suor̃: ꝛ dixit pax vobis. Alleluya v⁹. Angelus dñi descendit de celo. et accedens reuoluit lapidem et sedebat sup eũ. All⁹ v. Respondens autem angelus dixit mulieribus quem queritis: ille autem dixerunt iesum nazarenũ. Isti duo v. dñr p ebdomadã. alternis vicibus: ita tamẽ ꝙ v. Respondẽs. primo dr̃ qñ de feria agit̃. Et si nulla feria p hanc ebdomadã ad hoc vacauerit: tunc vltimus v. eo anno oĩno pretermittat̃. ¶ Et notandũ est ꝙ oĩ die per hoc idem tempus dñr duo Allã ad missã de quocũq; fiat seruitiũ exceptis vigiliis pasche/ ascensionis/ et penthe. et nisi ĩ missis que in p̃cessione dicuntur. ¶ Euangeliũ Secundum iohannem xx

In illo tempore. Cum esset sero die illo vna sabbator̃: et fores eẽnt clause: vbi erant discipuli congregati propter metum iudeor̃: venit iesus et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Et cũ hoc dixisset: ostẽdit eis manus et latus. Gauisi sũt ergo discipuli viso dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut misit me pat̃: ꝛ ego mitto vos. Hec cum dixisset: insufflauit: ꝛ dixit eis. Accipite sp̃m sanctũ quor̃ remiseritis peccata: remittuntur eis. Et quorũ retinueritis retenta sunt. Thomas autẽ vnus ex duodecim qui dicitur didimus: non erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorũ: ꝛ mittam digitum meum in locum clauorum: et mittam manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo iterũ erãt discipuli eius intus et thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis et stetit in medio ꝛ dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuũ huc et vide man⁹ meas: et affer manum tuam: et mitte in latus meũ: et noli eẽ incredulus: sed fidelis. Respondit thomas et dixit ei. Dominus meus et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis quia iesus est christus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Offertorium. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus: quem queritis surrexit sicut dixit allã. Secreta

Suscipe munera domine quesum⁹ exultantis ecclesie: et cui causam tanti gaudii contulisti: perpetuum fructum concede leticie. Per dominum nostrum iesum christum filiũ tuum. Qui tecum viuit et reg. Cõmunio. Mitte manum tuam et cognosce loca clauorũ alleluya et noli esse incredulus sed fidelis alleluya alleluya. Postcommunio

Quesumus dñe deus nr̃ vt sacrosan cta mysteria q̃ pro reparatiõis nr̃e munimine contulisti: et presens nobis remediũ eẽ facias et futurum. Per dñm.

¶ Fer.iiii. Ep̃la ad corinthios. i.xv.

Fratres. Si xp̃s predicat q̃ resurrexit a mortuis: quomodo quidam i vobis dicunt qm̃ resurrectio mortuorum nõ ẽ. Si aũt resurrectio mortuor̃ nõ ẽ: neq; xp̃s resurrexit. Si autem christus non resurrexit: inanis est predicatio nostra: inanis est et fides nostra. Inuenimur autẽ & falsi testes dei: quoniam testimoniũ dixi mus aduersus deũ / q̃ suscitauerit christũ quẽ nõ suscitauit si mortui nõ resurgũt. Nã si mortui nõ resurgũt: neq; xp̃s resurrexit. Quõ si xp̃s nõ resurrexit: vana ẽ fides nr̃a. Adhuc ei estis i pcñs vr̃is. Ergo & qui dormierũt i xp̃o: perierũt. Si in hac vita tãtũ i xp̃o sperantes sum⁹: miserabiliores sum⁹ oĩbus hoĩbus. Nunc aũt xp̃s resurrexit a mortuis primitie dormientiũ: qm̃ quidẽ per hoĩem mors: & p hominẽ resurrectio mortuorũ. Et sicut in adam oẽs moriuntur: ita et in xp̃o oẽs viuificabũtur. Unusquisq; aũt in suo ordine: p iesum xp̃m dominũ nr̃z. ¶ Euãge. Scd̃m marcũ. xvi.

In illo tp̄e. Surgẽs iesus mane prima sabbati apparuit primo marie magdalene: de qua eiecerat septem demonia. Illa vadens nũciauit his: qui cum eo fuerant lugentibus et flentib⁹. At illi audiẽtes quia viueret: et visus esset ab ea nõ crediderũt. Post hec aũt duob⁹ ex his ambulantibus: ostẽsus est in alia effigie euntibus in villam. Et illi euntes nũciauerũt ceteris: nec crediderunt illis. ¶ Feria. vi. Epistola ad hebreos. xiii.

Fratres. Obedite p̃positis vestris: & subiacete eis. Ipsi enĩ puigilant: quasi rõnem p aĩabus vestris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciant: & non gemẽtes. Hoc enĩ non expedit vobis: orate pro nobis. Confidimus enĩ: quia bonam cõsciẽtiam habemus: in omnibus bene volentes conuersari. Amplius autez deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus autez pacis qui eduxit de mortuis: pastorem magnũ ouiũ in sanguine testamenti eterni: dominũ nostrum iesũ christum: aptet vos in omni opere bono: vt faciatis voluntatem eius faciens in vobis: quod placeat coram se per iesum christuz cui est hec gloria in secula seculor̃. Amẽ.

¶ Euãgeliũ Scd̃m mattheũ. xxviii.

In illo tempe. Exierũt mulieres de monumento: cum timore et gaudio magno: currentes nũciare discipulis eius. Et ecce iesus occurrit illis dicẽs. Auete. Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius: et adorauerũt eum. Tũc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nunciate fratribus meis vt eant in galileam: ibi me videbunt. Que cuz abiissent: ecce quidam de custodibus / venerunt in ciuitatem: et nũciauerunt principibus sacerdotum: oĩa que facta fuerant. Et congregati cum senioribus: consilio accepto: pecuniam copiosam dederunt militibus: dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt & furati sunt eum: vobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside: nos suadebimus ei: et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbũ istud apud iudeos vsq; in hodiernum diem. ¶ Sciendũ est q̃ in omni festo cum regimine chori ab octa. pasche vsq; ad ascensionem domini secũdũ Alleluya erit vnũ de subscriptis dictis quibus reincipiantur: et sunt nouem i numero Alleluya. ℣. Mane nobiscuz dñe quia declinata est iam dies ad vesperum. Alleluya. ℣. Oportebat pati christum et resurgere a mortuis: et ita intrare in gloriam suam. Alleluya. ℣. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Alleluya. ℣. Surrexit altissim⁹ de sepulchro qui pro nobis pepẽdit in ligno. Alleluya. ℣. Surrexit christus et illuxit populo suo quem redemit ipse de sanguine suo. Alleluya. ℣. Christus mortuus est propter delicta nostra et surrexit propter iustificationem nostram. Alleluya. ℣sus. Surgens iesus dñs noster stetit in medio discipulorũ suor̃: dixit pax vobis. Allã. ℣. Surrexit dñs & occurrẽs mulierib⁹ ait: auete. tũc accesserunt & tenuerunt pedes eius. Allã. ℣.

In die resurrectionis mee dicit dñs precedam vos in galileam. Si in hac dñica vel in sequentibus fiat seruitiuz de aliquo festo cũ regimine chori: tunc ad missam secundũ Allã. non erit de dñica; sed vnũ de nouem predictis per ordinẽ. ¶ Dñica secunda post pascha hac die et oíbus dñicis diebus vsqz ad ascensionẽ dñi dicitur missa de resurrectione sicut in die pasche preter grã. et Cõmunicantes. et Hanc igitur. sed nulla fiat memoria de dñica ad missã de resurrectione. Et semp dicit̃ sequentia Uictime paschali laudes. Et si festũ alicuius sancti cũ regimine chori in dñica euenerit: tunc de sancto dr̃ missa: et memoria de resurrectione: sed non de dñica. ¶ Notandũ est q in oíbus dñicis a pascha vsqz ad ascensionem erit primũ Allã. ℣. Pascha nostrum. et secundũ Allã de sua dominica scz qđ plus facit mentionem de resurrectione: qđ est vltimũ. Et semp infra predictum tempus de quocunqz dicit̃ missa fiat memoria de resurrectione cum hac oratione Deus qui per vnigenitum. nisi in inuẽtõne sancte crucis. Missa vero dñicalis per ebdomadã dicit̃ cum prefatione quotidiana. Et si nulla feria p ebdomadã vacauerit a festo: tũc in dñica in capitulo dicitur Missa dominicalis ebdomade secunde. Officium.

Misericordia dñi plena est terra alleluya: verbo dei celi firmati sunt allã allã. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio.

Oratio.

Deus qui in filii tui humilitate iacentem mundũ erexisti fidelibus tuis ppetuã cõcede leticiã vt quos ppetue mortis eripuisti casibus: gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eũdem dñm nostrum iesum ꝛc.

¶ Lectio epistole bti petri aplĩ. i. ii.

Charissimi. Xps passus est pro nobis vobis relinquens exemplum: vt sequamini vestigia ei⁹. Qui pctm̃ nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore ei⁹. Qui cũ malediceretur: nõ maledicebat. Cum pateretur: nõ cõminabatur. Tradebat autẽ iudicanti se iniuste: qui peccata nr̃a ipse ptulit i corpe suo sup lignũ vt peccatis mortui: iusticie viuamus: cuius liuore sanati sumus. Eratis eñ sicut oues errãtes: sed conuersi estis nunc ad pastorẽ et epm: ani-rũ vr̃ax. Allã. ℣. Ego sum pastor bonus et cognosco oues meas ꝛ cognoscunt me mee. Allã. ℣. Surrexit pastor bonus q po-suit animam suam pro grege suo.

¶ Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipu-lis suis. Ego sũ pastor bon⁹. Bon⁹ pastor: aïaz suã dat pro ouibus suis. Mercẽnarius aũt et q nõ est pastor cuius non sunt oues ppꝛie: vidét lupũ venientẽ: et dimittit oues: et fugit. Et lupus rapit: et dispergit oues. Mercẽnarius aũt fugit: q mercẽnarius est et nõ ptinet ad eũ de ouibus. Ego suz pastor bonus. Et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem: et aïam meã pono p ouibus meis. Et alias oues habeo: que non sũt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere ꝛ vocẽ meã audient. Et fiet vnũ ouile: et vn⁹ pastor. Offe-De⁹ de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo: ꝛ in nõie tuo leuabo manus meas allã. Secreta

Benedictionem nobis dñe ꝯferat salutarẽ sacra sẽp oblatio: vt qđ agit mysterio: virtute pficiat. Per dñm. Cõm Ego sũ pastor bon⁹ allã: et cognosco oues meas et cognoscũt me mee allã al. Post

Presta nobis ops ꝛ misericors de⁹ vt viuificatiõis tue gratiã cõseque-tes: in tuo sp munere gloriemur. Per dñ

¶ Feria .iiii. Lectio bti petri apli. i.

Charissimi. Scientes q nõ corrupti-libus argẽto vel auro redẽpti estis de vana vr̃a ꝯuersatiõe paterne traditiõis sed precioso sanguine: quasi agni incon-minati ꝛ imaculati xpi: pcogniti qđẽ ante mũdi ꝯstitutionẽ. Manifestati aũt nouissi-mis tpib⁹ ppt vos q p ipm fideles estis in deũ. Qui suscitauit eũ a mortuis: et dedit ei gloriã: vt fides vr̃a ꝛ spes eẽt i deo. Ani-mas vr̃as castigãtes: i obediẽtia caritatis in fraternitatis amore: simplici ex corde in-cem diligite attentius: renati nõ ex semine corruptibili sed incorruptibili p verbũ dei viui ꝛ pmanentis. Q: oĩs caro fenũ: et oĩs gloria eius tanq̃ flos feni. Exaruit eñ fenũ

num: flos eius decidit. Verbum autem domini manet in eternum.

Secundum lucam. xxiiii.

In illo tēpore. Una sabbati valde diluculo: venerūt mulieres ad monumentū portantes que parauerant aromata. Et inuenerūt reuolutū lapidem a monumento: ingresse nō inuenerūt corpus dñi iesu. Et factū est dum mēte cōsternate essent de isto: ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti. Cū timerent autē declinarēt vultū in terrā: dixerūt ad illas. Quid queritis viuētē cū mortuis? Nō est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cū adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hoim peccatorum: crucifigi: tercia die resurgere. Et rememorate sunt verborū eius: regresse a monumento: nūciauerunt hec oīa illis vndecim ceteris omnibus. Erat aūt maria magdalene iohāna maria iacobi cetere que cum eis erāt que dicebant ad apostolos hec. Et visa sūt ante illos sicut deliramēta verba ista: nō credebant illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: procūbens vidit lintheamina sola posita. Et abiit secum mirans: quod factum fuerat.

Feria. vi. Ad romanos. v.

Fratres Sicut per vnius delictum in omnes homines in condēnatione: sic per vnius iusticiā in oēs homines in iustificationē vite. Sicut enim per inobedientiā vnius hois peccatores cōstituti sunt multi: ita per vnius obedientiam iusti cōstituentur multi. Lex aūt subintrauit vt abūdaret delictū. Ubi autē abundauit delictū superabundauit gratia: vt sicut regnauit peccatū in mortē ita gratia regnet per iusticiam in vitam eternam. Per iesum christum dominum nostrum

Secundum Mattheum. ix.

In illo tpe. Accesserunt ad iesum discipuli iohannis dicentes. Quare nos pharisei ieiunamus frequenter: discipuli autem tui nō ieiunant? Et ait illis iesus. Nunquid possunt filii sponsi lugere quādiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: et tunc ieiunabūt. Nemo autem imittit cōmissuram panni rudis: in vestimentū vetus. Tollet enim plenitudinem eius a vestimento: et peior scissura fit. Neqꝫ mittūt vinū nouū in vtres veteres: alioquin rumpūtur vtres et vinum effundetur vtres peribunt. Sed vinū nouū in vtres nouos mittunt: et ambo conseruantur.

Missa dñicalis ebdo. iii. Officium.

Preces populi tui q̄s dn̄e clementer exaudi: vt beati marcelli martyris tui atqꝫ pontificis: meritis adiuuemur: cuius passione letamur. Per do. Epl̄a. Omnis pontifex. In cōi folio. iiii. Gr. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto vnxi eū: manus eīn mea auxiliabit̄ ei et brachium meum ꝯfortabit eū ℣. Nichil ꝓficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis nō nocebit eum. Allā. ℣. Elegit te dn̄s sibi in sacerdotē magnū in ppl̄o suo. Euan. Vigilate qr nescitis. In cōi fol. viii. Offr. Veritas mea et mīa mea cum ip̄o: et in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Ut nostre saluti munera oblata proficiāt: sancti marcelli martyris tui atqꝫ pōtificis dn̄e q̄s obtineat itercessio salutaris. Per dominū. Cōio. Dn̄e quinqꝫ talenta tradidisti michi. ecce alia quinqꝫ superlucratus sum: euge serue fidelis qr ī pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā: intra in gaudiū domini tui. Postcōio.

Presta q̄s dn̄e vt sacramenti tui participatiōe vegetati sancti quoqꝫ marcelli martyris tui atqꝫ pontificis precibus adiuuemur. Per dominum.

¶ Sancti sulpicii epi ⁊ ꝯfessoris officium.

Sacerdotes dei benedicite dn̄m sancti ⁊ humiles corde laudate deum. ps. Bn̄dicite oīa opera dn̄i domino: laudate et superexaltate eum in secula. Orō

Da q̄s op̄s de⁹: vt qui bti sulpicii confessoris tui atqꝫ pōtificis depositionē colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per. Epl̄a. Iustum deduxit. In cōi. fo. vii. Gr. Ecce sacerdos magnus qui īn diebus suis placuit deo ℣. Nō est inuent⁹ similis illi q̄ cōseruaret legē excelsi. Allā. ℣. Posui adiutorium super potentem ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Euan. Homo quidā peregre. In cōi fol. viii. Offr. Inueni dauid seruū meū: ⁊ in oleo sancto vnxi eum: manus eīn mea auxiliabit̄ ei: brachiū meum confortabit eum. Secreta.

Supplicatiōib⁹ nostris tibi dñe grata pariter existat oblatio: quā ꝓ scti sulpicii cōfessoris tui atꝫ pōtificis cōmeōratione deferimus: atꝫ indulgētiā nobis eius suffragiis largiaris. Per. Cōio. Fidelis seruus et prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suam: vt det illis in tempore tritici mēsurā. Postcō.

Presentent nobis dñe tua sctā p̄sidiū: que interuentionibus beati sulpitii ꝯfessoris tui atꝫ pōtificis et meritis nos absoluant a peccatis. Per dominum nostrum.

Sancte prisce virginis. ⁊ marty. offi.

Loquebar de testimoniis tuis in cōspectu regū et nō cōfundebar: ⁊ meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati i via: q̄ ābulāt i lege dñi. Orō.

Da q̄s ops̄ deus: vt qui btē prisce virginis et martyris tue natalicia colimus: ⁊ annua solēnitate letemur: ⁊ tāte fidei p̄ficiamus exemplo. Per. Epla. Dñe deus me⁹. In cōi. fo. x. Gr. Specie tua et pulcritudine tua: intende p̄spere ꝓcede et regna. ℣. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Allā. ℣ Specie tua ⁊ pulcritudine tua: intende p̄spere ꝓcede et regna. Euange. Simile est regnū celoꝝ thesauro. In cōi fol. x. Offr. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato circūdata varietate. Secreta.

Munera nr̄a q̄s dñe gratanter assume: et per interuentionē beate prisce v̄ginis tue et martyris: omniū nostrū corda ad cultū vere religionis conuerte. p. Cōio. Feci iudiciū ⁊ iusticiā dñe nō calūnientur michi supbi: ad oīa mandata tua dirigebar: oēm viam iiquitatis odio habui. Postcōio.

Adiuuent nos dñe q̄s et hec mysteria sancta q̄ sumpsimus: et btē prisce virginis tue et martyris intercessio veneranda. Per dominum.

Si festū alicui⁹ sancti. ix. lec. ab oct. epyphanie vsqꝫ ad septuagesimā: ⁊ ab oct. pasche vsqꝫ ad pēthecostes: ⁊ a Deus omniū. vsqꝫ ad aduētū dñi in dñica contigerit: fiat seruitiū de ip̄o sancto: cetera notant in die sancti andree.

Sancti Wulstani epi et ꝯfessor. Officiū.

Statuit ei dn̄s testamentū pacis: et principē fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternū. ps. Misericordias dñi: ieternū cātabo. Oratio.

Spiritum in nobis dñe tue caritatis infunde: vt intercedēte btō Wulstano cōfessore tuo atꝫ pontifice tuā mereamur dulcedinem i eterna felicitate gustare. Per dñm. in vnitate eiusdem. Epla. Ecce sacerdos magn⁹ qui in diebus. In cōi fo. viii. Gr. Dñe preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide p̄cioso. ℣. Uitam petiit et tribuisti ei longitudinē dierum in seculū sc̄li. Allā. ℣. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū. Sequentia de cōi. Fo. viii. Euan. Hō q̄dam peregre. In cōi. fol. viii. Offr. Ueritas mea et mīa mea cū ip̄o: et in nōie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe q̄s dñe supplices famlie tue munus oblatū: ⁊ qd̄ reasperare nō audet cōsciētia intercedēte btō Wulstano tua nobis largiatur indulgētia. Per. Cōio Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis: sup oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Salutaris tui dñe mysterio satiati: supplices imploramus clementiā tuā: vt pro nobis eius nō desit orō: cuius nos donasti gubernari patrocinio. Per d.

Sctōꝝ fabiani et sebastiani martyrum. Ad missam Officium.

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditoꝝ: redde vicinis nostris septuplum i sinu eoꝝ / vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerūt hirlm in pomoꝝ custodiā. Orō.

Deus qui beatos martyres tuos fabianū et sebastianū virtute constātie in passione roborasti: ex eoꝝ nobis imitatione tribue ꝑ amore tuo prospera mūdi despicere: ⁊ nulla eius aduersa formidare. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum ⁊c. Epla. Sancti per fidem

In cõi fo.v. Gr. Gloriosus de⁹ in sanctis
mirabilis in maiestate faciens prodigia.
v. Dextera tua dñe glorificata est in virtu
te: dextera manus tua cõfregit inimicum
Allã. v. Sancti tui dñe benedicent te: glo
riã regni tui dicēt. Si hoc festū añ.lxx. eue
nerit dr̄ sequētia de cõi. Si vero infra non
dr̄ Allã nec sequen. sed tr. qđ in oib⁹ festis
ix.lec. obseruet vsq ad passionē dñi. In fe
stis vero sine regimine chori nūq̄ dr tr. sz
gr. repetat. In festis autē dup. tam infra
passionē q̄ extra dr tractus: nisi in fest pu
rificationis et annūciationis btē marie: et
dedicationis. Tractus.

Qui seminãt in lacrimis in gaudio
metent. v. Euntes ibant et flebant
mittentes semina sua. v. Uenientes autē
venient cū exultatione: portãtes manipu
los suos. Euan. Descēdēs iesus de mōte.
In cõi fo. vi. Offr. Letamini i dño ꝛ exulta
te iusti: et gloriamini oēs recti corde. Secre.

Accepta sit in conspectu tuo q̄s dñe
nr̄e deuotiõis oblatio: ꝛ eorum nobis
fiat supplicatione salutaris pro quorum pas
sione defertur. Per. Cõio. Multitudo lan
guentiū: et qui vexabantur a spiritibus i
mūdis veniebãt ad eum: qr virtus de illo
exibat/ et sanabat omnes. Postcõio.

Sacramentorum tuorum dñe benedictio
ne satiati ꝛ beatorum martyrū tuorum
fabiani ꝛ sebastiani gloriosa ꝯfessione mu
niti te suppliciter exoramus: vt p hec eadē
a cunctis viciis emūdemur. Per dominū.

¶ Sancte agnetis virginis et martyris.
Ad missam　　　Officium.

Me expectauerunt peccatores:
vt perderent me: testimonia tua
dñe intellexi/ oīs cõsūmatiõis
vidi finem latū mandatū tuū
nimis. Ps. Beati immaculati in via: q̄ am
bulant in lege domini. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: q̄ īfir
ma mūdi eligis: vt fortia q̄q confū
das: ꝯcede ppici⁹: vt q̄ btē agnetis marty
ris tue solēnia colim⁹: ei⁹ apud te patroci
nia sentiamus. Per. Epl'a. Cõfitebor. In
cõi fo.x. Gr. Diffusa ē grã i labiis tuis: p
pterea bñdixit te de⁹ ieternū. v. Propt ve
ritatem ꝛ mansuetudinē ꝛ iusticiã: ꝛ dedu
cet te mirabiliter dextera tua. Allã. v. Ue
ni electa mea et ponã te in thronū meū q
cõcupiuit rex speciē tuam. Seqntia. Epu
lemus. In cõi. fo.x. Si infra.lxx. Tract.

Diffusa est gratia in labiis tuis: pro
pterea benedixit te deus ineternū
v. Specie tua et pulcritudine tua: itēde p
spere procede et regna. v. Propt vitatē
mansuetudinē et iusticiã: et deducet te mi
rabiliter dextera tua. v. Audi filia ꝛ vide
iclina aurē tuã qr ꝯcupiuit rex speciē tuã
Euã. Simile ē regnū celorum thesau. In cõi fo
lio.x. Offr. Offerētur regi ꝟgines post ea
proxime ei⁹ offerētur tibi in leticia ꝛ exulta
tione adducētur i tēplū regi dño. Secreta

Suscipe q̄s dñe sacrificiū cuius te vo
luisti dignãter imolatione placari
et presta: vt intercedēte btã agnete ꝟgine
tua ꝛ martyre: hui⁹ opatiõe mūdati: bene
placitū tibi nr̄e mentis seruitiū offeram⁹
Per d. Cõio. Quinq prudētes virgines ac
ceperūt oleū i vasis suis cū lãpadibus me
dia autē nocte clamor factus est ecce spon
sus venit exite obuiã cristo dño. Postcõ

Diuino refecti libamine q̄s dñe de
noster: vt intercedēte beata agnete
virgine tua et martyre presentis nobis vi
te subsidiū ꝛ eterne tribuas reperire letici
Per dñm. ¶ Scti vicētii mart. Offi

Letabit iust⁹ i dño ꝛ sperabit i eo: et
laudabūt oēs recti corde. Ps. Exau
di de⁹ orōnē meã cū deprecor: a tio
inimici eripe aiam meã. Oratio

Adesto dñe supplicatiõib⁹ nr̄is: vt q
ex iniqtate nr̄a reos nos eē cogno
scimus: bti vicētii martyris tui itercessiõ
liberemur. Per. Epl'a. Btūs vir q̄ i sapien
tia. In cõi fol. iii. Gr. Posuisti dñe sup ca
put eius coronã de lapide precioso. v. De
siderium aie eius tribuisti ei: et volūtate lab
iorū eius nō fraudasti eū. Allã. v. Letabi
iustus in dño et sperabit in eo: et laudabū
tur omnes recti corde. Sequentia

Sola iocūditatis allã. Induit ho
die dñs militē suū vincentiū. Sol
to plaudat: alacrius cõtio leta fideliū. Ho
die martyr insignis: hostiã deo placente
obtulit. Hodie tormētū ignis grauiter ex
aminatus pertulit. Animatus ad certam

monitu beati senis. Grauissimis nō refu-
git exhibere membra penis. Ante ducem
accersitur: ⁊ de fide cōueniꝫ cōmunis eccle
sie. Sed nō cedit blandimentis: emollitur
aut tormentis eius pertinacie. Illudiꝫ da
cianus dū sustinet martyr sanus penaruꝫ
angustias. Dat minister caritatis hostib⁹
superatis: gratiarū copias. Furit igiꝫ p̄-
fectus et paraꝫ ardens lectus: insultantis
viscera crates urit aspera. Sudat martyr
in agone spe mercedis ⁊ corone que datur
fidelibus p xp̄o certantibus. De cuius mi
litia: celi gaudet curia. Qr vicit hodie mi-
nistros nequitie. Ut hunc ergo p patronū
cōsequamur vite donū. In illius die festo
chorus noster letus esto. Jocundū in eccle
sia. Decantant alleluya. Si in fra septua-
gesiman euenerit. Tractus.

Desideriū aīe eius tribuisti ei: ⁊ volū
tate labiorū eius nō fraudasti eū. ℣.
Quoniā p̄uenisti eū in benedictione dulce
dinis. ℣. Posuisti super caput eius coronā
de lapide p̄cioso. Euāge. Nisi granū fru-
menti. In cōi. fo. iii. Offr. Gloria ⁊ hono
re coronasti eum: et constituisti eum super
opera manuū tuarum domine. Secreta.

Gloriosi martyris tui vincētii: dn̄e
q̄s interuentione hostiā quā offeri-
mus tibi placitā effice ⁊ acceptā. Per. Co.
Qui vult venire post me abneget semetip
sū ⁊ tollat crucē suā ⁊ sequaꝫ me. Postcō.

Beati vincentii martyris tui dn̄e suf
fragiis exoratus: p̄cepti sacramenti
nos q̄sumus virtute defende. Per dn̄m.

¶ In couersione sancti pauli Officium.

Letemur oēs in dn̄o hodiernuꝫ
diem solēniter celebrātes ī quo
beatus paulus ꝯuersiōe sua p̄e
sentē mūdū decorauit. ps. De
illustratione sancte predicationis: et de cō-
uersione beati pauli. Oratio

Deus qui vniuersuꝫ mūdū bti pau-
li apl̄i tui p̄dicatione docuisti: da no
bis q̄s: vt qui eius hodie cōuersionem coli-
mus: p ei⁹ ad te exēpla gradiamur. Per.
Memoria de sancto preiecto martyre Orō.

Sancti p̄iecti martyris tui nos q̄s do
mine īteruētio gloriosa ꝯmēdet: vt
q̄ nr̄is actib⁹ nō meremur/ ei⁹ p̄cibus asse

quamur. Per. ¶ Lcō actuū apl̄orū. ix.

In dieb⁹ illis. Saulus adhuc spirās
minarū ⁊ cedis in discipulos domi-
ni: accessit ad principem sacerdotum: ⁊ pe
tiit ab eo epistolas in damascum ad syna-
gogas vt si quos inuenisset huius vie vi-
ros ac mulieres vinctos p̄duceret in hirl̄z.
Et cum iter faceret: contigit vt appropin-
quaret damasco. Et subito circūfulsit euꝫ
lux de celo: et cadens in terrā audiuit vocē
dicentem sibi. Saule: saule q̄d me p̄seque
ris? Qui dixit. Quis es dn̄e? Et ille. Ego
sum iesus quē tu persequeris. Durum est
tibi cōtra stimulū calcitrare. Et tremēs ac
stupēs dixit. Dn̄e quid me vis facere? Et
dn̄s ad illū. Surge et ingredere ciuitatem
⁊ ibi diceꝫ tibi quid te oporteat facere. Ui-
ri aūt illi q̄ comitabantur cū eo stabāt stu-
pefacti: audiētes quidem vocem: neminē
autem videntes. Surrexit autē saulus de
terra: apertisq̄ oculis nichil videbat. Ad ma
nus autē illū trahentes: introduxerūt da-
mascū. Et erat ibi trib⁹ dieb⁹ nō vidēs: et
nō manducauit neq̄ bibit. Erat autē qui-
dam discipul⁹ damasci: noīe ananias. Et
dixit ad illū in visu dn̄s. Anania. At ille ait
Ecce ego dn̄e. Et dn̄s ad eū. Surge ⁊ va-
de in vicum qui vocatur rectus ⁊ q̄re ī do
mo iude saulū noīe tharsensem: ecce enim
orat. Et vidit virū ananiā noīe: introeūtē
⁊ imponētē sibi manus: vt visuꝫ recipiat.
R̄ndit aūt ananias. Dn̄e audiui a multis
de viro hoc quāta mala fecerit sanctis tu-
is in hierusalem: ⁊ hic habet potestatem a
principibus sacerdotum alligandi omēs
qui inuocant nomē tuuꝫ. Dixit autem ad
eū dn̄s. Uade: q̄m vas electionis michi est
iste: vt portet nomen meum corā gentib⁹:
et regibus et filiis isrl̄. Ego eñ ostendam
illi quāta oporteat eum pro nomine meo
pati. Et abiit ananias ⁊ introiuit ī domū:
et imponēs ei manus dixit. Saule frater
dominus misit me iesus: qui apparuit ti-
bi in via qua veniebas vt videas et imple
aris spiritu sancto. Et confestim ceciderūt
ab oculis eius tanq̄ squame: ⁊ visum rece
pit. Et surgens baptizatus est: et cū acce-
pisset cibum: confortatus est. Fuit autē cū
discipulis qui erant damasci per dies ali-

quot. Et cõtinuo ingressus in synagogas predicabat iesuz qm̃ hic est filius dei. Stupebãt autẽ oẽs qui eũ audiebãt: et dicebãt Nonne hic est q̃ expugnabat in hierusalẽ eos qui inuocabãt nomen istud? Et huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus aũt multomagis cõualescebat: et ↄfundebat iudeos qui habitabãt damasci. Affirmans: qm̃ hic est xp̃s. Gr̃. Qui operatus est petro in apostolatũ: operatus est et michi inter gentes: et cognouerũt gratiã dei que data est michi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ fuit: sed gratia eius semp̃ i me manet. Allã. ℣. Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne est glorificandus. Sequentia.

Solẽnitas sc̃ti pauli deuote est recolenda. Quem dñs tãta ditauit gratia. Ut doctor gentiũ ab omni vocetur ecclesia. Agnus de lupo de psecutore euãgelista. Mutata sunt opa: mutat et onoma paulus noĩatur: qui saulus ante dictus fuerat. Instigatus furia dirũ virus efflabat strage seuissima membra xp̃i seuiens torquebat. Lux ethera quẽ circũfulgens visu priuat. Spiritualem sed ei ituitum donat. Colaphizat eũ ne supbiat. Sternit eũ sed ruentem releuat. Deiectum increpat Increpans emendat. Fidei doctrinam cõmẽdat. Defensorem ecclesie ordinat. Impugnator: qui pri⁹ extiterat. Secreta mystica. Credẽti reuelat. Que hoĩ loq̃ nõ licebat. Pri⁹ synagoga quẽ educauerat. Post modũ letat mater ecclia. Mysteria. Que nouerat. Per totũ yems: orbem predicat. Uenit romam deũ vnũ annũciat. Nero resistit qui colebat idola. Morte dira. Illuz necat. Mũdo exemptum mittit ad astra. Quo nos deus miserando perducat. Adiutos prece pauli sancta. Allã. Ul' tractus.

Tu es vas electionis sc̃tẽ paule apostole vere digne es glorificãdus. ℣. Predicator ṽitatis et doctor gẽtiũ in fide et veritate: p te oẽs gẽtes cognouerũt gloriã dei. ℣. Intercede pro nobis ad deum q̃ te elegit. Secundum Matheum.

In illo tp̃e. Dixit symon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amẽ dico vobis quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit fili⁹ hoĩs in sede maiestatis sue sedebitis et vos sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et oĩs q̃ reliquerit domũ vel fratres aut sorores aut patrem / aut matrem: aut vxorẽ: aut filios: aut agros ppter nomẽ meũ: cẽtuplũ accipiet: et vitam eternã possidebit. Credo. Offr̃. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Beati pauli ap̃li tui precibus q̃s dñe plebis tue dona sanctifica: vt que tibi grata tuo sunt instituto: gratiora fiant eius patrocinio supplicantis. Per dñm.

Alia secreta de sancto preiecto.

Suscipe dñe propicius orõnẽ nr̃am cum oblationibus hostiarũ supimpositis: et vti preiecti martyris tui deprecatione pietati tue pfice benignus acceptas. Prefatio. Et te do. Cõio. Amẽ dico vobis q̃ vos qui reliquistis oĩa: et secuti estis me cẽtuplũ accipietis et vitam eternam possidebitis. Postcõio.

Salutari refecti mysterio q̃s oĩps deus: vt hunc diem in beati pauli ap̃li tui ↄuersione honorabilem haberi voluisti nos quoque conuersos a viciis: in tua semp facias seruitute gratulari. Per dominum nostrum.

Alia postcõio de sancto preiecto.

Da nobis q̃s dñe de⁹ noster: vt sicut beati preiecti martyris tui solẽnitate presenti gratulamur mysterio: ita pio tuo letemur aspectu. Per dñm nostrum.

Sancti iuliani episcopi Officium

Statuit ei dñs testamentum pacis et principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternuz. P̃s Misericordias domini ineternum cantabo. Oratio.

Deus qui ecclesie tue beatum iulianũ mirabilem tribuisti doctorẽ: concede ppicius: vt hunc apud te pium semper mereamur habere intercessorem. Per dñm. Epla. Dedit dñs. In cõi. fol. viii. Gr̃. Ecce sacerdos magnus qui i diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Allã. ℣. Am

uit eū. Euāge. Uigilate qꝛ nescitis. In cōi fol. viii. Offr. Inueni dauid seruū meū et in oleo sctō vnxi eū man⁹ enī mea auxilia bit ei: ⁊ brachiū meū cōfoꝛtabit eū. Secre. Respice dn̄e q̄s sup hec que tibi offeri mus: et btī pōtificis iuliani meritis ab oībus nos exue peccatis. Per do. Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dn̄s in uenerit vigilantē: amen dico vobis super omnia bona sua cōstituet eum. Postcōio. Diuinis dn̄e repleti sacramētis sup plices depcamur: vt btī pontificis iuliani meritis nos dignos facias celesti bus institutis. Per dominū nostrū iesum

¶ Sancte agnetis secundo. Officium.

Ultū tuū depcabunt oēs diui tes plebis: adducētur regi vir gines post eā pxime ei⁹ addu cētur tibi in leticia ⁊ exultatiōe ps. Eructauit coꝛ meum vbum bonum: dico ego opera mea regi. Oꝛatio. Deus qui nos annua beate agnetis martyris tue solēnitate letificas da ut quē veneramur officio: etiā pie cōuersa tionis sequamur exemplo. Per do. Epla. Qui gloꝛiatur. In cōi. fol. xi. Gr. Specie tua ⁊ pulchꝛitudine tua intēde pspere pꝛo cede et regna. ℣. Propter veritatē et man suetudinē et iusticiā et deducet te mirabili ter dextera tua. Allā. ℣. Hec est virgo sapi ens quā dn̄s vigilantē inuenit. ¶ Si hoc festū vel aliqđ aliud festū. iii. lec. infra. lxx. usqꝫ ad caput ieiunii euenerit nō dr Allā. post epistolā: nec tr. sed gr. cū suo ℣. tantū. Euāge. Simile est regnū celoꝝ decē. In cōi folio. xi. Offr. Offerent regi virgines post eā pxime eius offerētur tibi. Secreta. Grata tibi sint q̄s dn̄e munera nr̄a: quibus sancte agnetis virginis tue ⁊ martyris magnifica solēnitas recensetur. Per do. Cōio. Simile ē regnū celoꝝ homi ni negociatoꝛi querēti bonas margaritas inuenta vna p̄ciosa margarita: dedit oīa sua et comparauit eam. Postcōmunio. Sumpta dn̄e q̄s sctā mysteria nos interius exteriusqꝫ cōseruēt ⁊ inter ueniente btā agnete martyre tua p̄sentē no bis cōferat clemētiā eternā. Per dominū.

¶ Sancte batildis regine. Officium.

Dilexisti iusticiam et odisti iniq tatem: ppterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie pꝛe consoꝛtib⁹ tu is. ps. Eructauit coꝛ meū verbū bonum: dico ego opa mea regi. Oꝛo. Beate batildis natalicia veneranda dn̄e q̄s ecclesia tua deuota suscipiat et fiat magne gloꝛificationis amoꝛe deuo tioꝛ: et tante fidei pꝛoficiat exemplo. Per. Epistola. Sapiētia vincit. in cōi fo. xi. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo le ticie. Allā. ℣. Diffusa est gr̄a i labiis tuis propterea bn̄dixit te deus ineternū. Euā gelium. Simile est regnū celoꝝ thesauro. In cōi fo. x. Offr. Offerētur regi virgines post eā pꝛoxime eius offerētur tibi i leticia et exultatiōe adducētur in tēplū regi dn̄o. Ut hec munera domine [Secreta. tibi accepta sint sancte batildis obti neat merita: que seipsam tibi hostiā viuā: sanctā ⁊ beneplacentem exhibuit. Per do. Cōio. Diffusa est grā i labiis tuis: ppterea benedixit te deus ineternum. Postcōio. Refecti alimonia celesti oṕs pater q̄s pietatē tuā: vt itercessione sancte ba tildis mīe tue gratiā ꝯsequi mereamur. p.

¶ Sancte brigide virginis. Officium.

Ultū tuū depꝛecabuntur oēs diuites plebis adducētur regi virgines post eā: pxime ei⁹ ad ducētur tibi in leticia ⁊ exulta tione. ps. Eructauit coꝛ meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Oꝛatio. Sancte bꝛigide virginis tue dn̄e q̄s pꝛecatio tibi grata nos adiuuet: et tuam nobis indulgentiā poscere non de sistat. Per dominū. Epla. Qui gloꝛiatur. in cōi fo. xi. Grad. Diffusa est gratia in la biis tuis: propterea benedixit te deus ine ternū. ℣. Propter veritatem et mā suetudi nē ⁊ iusticiā: ⁊ deducet te mirabiliter dex tera tua. Allā. ℣. Specie tua et pulchꝛitu dine tua: intēde pꝛospere pꝛocede et regna. Euangelium. Simile est regnū celoꝛum decem. in cōi folio. xi. Offr. Offerent regi virgines post eam: pꝛoxime eius offeren tur tibi. Sacrificiis Secreta. domine placatus oblatis intercedē


te beata brigida virgine tua opem tuã nobis q̃s nostris tẽporib⁹ clemẽter impende Per do. Com. Quinq̃ prudẽtes virgines acceperũt oleũ in vasis suis cũ lãpadibus: media autem nocte clamor factus est ecce spõsus venit exite obuiã xp̃o dño. Postcõio.

Beate brigide virginis tue precibus fidelibus tuis dñe sumpta munera suffragentur: et que tibi placuit nobis imploret auxiliũ. Per. ¶ In purificatiõe beate marie virginis cãtata hora sexta fiat benedictio luminis solẽniter a pontifice vel a sacerdote cappa serica induto cũ aliis indumentis sacerdotalibus sup supremũ gradũ altaris cõuerso ad australẽ sic icipiẽte.



Dñs vobiscũ. Et cum spũ tuo. Oremus. Oratio.

Benedic ✠ dñe iesu christe hanc creaturam cere supplicantibus nobis et infunde ei p virtutẽ sancte crucis benedictionem celestem: vt q̃ eã ad repellendas tenebras humano vsui tribuisti: talẽ signaculo sancte crucis tue fortitudinẽ et benedictionem accipiat: vt qui buscũq̃ locis accẽsa siue apposita fuerit: discedat diabolus et contremiscat et fugiat pallidus cũ oĩbus ministris suis de habitatiõibus illis nec p̃sumat amplius iq̃etare.



seruientes tibi. Qui cum deo patre et spi




ritu sancto viuis et regnas deus. Per om



nia sc̃la secuor. Amen. Et dicitur omẽs orationes cũ Oremus sub eodẽ tono. Non dr̃ Dñs vobiscum. nisi ante primã orõnẽ tm̃. orõ.

Domine sancte pater omp̃s eterne deus: q̃ oĩa ex nichilo creasti: ⁊ iussu tuo per opera apũ hunc liquorẽ ad p̃fectionem cereor peruenire fecisti: ⁊ q̃ hodierna die petitionem iusti symeonis implesti: te humiliter deprecamur: vt has cãdelas ad vsus hoim et sanitatẽ corporũ et aiarũ preparatas siue in terra siue in aquis p inuocationẽ sancti nois tui: et per intercessionẽ sancte marie semp virginis cui⁹ hodie festa deuote celebrãt ⁊ per preces oim sanctorum tuor bene ✠ dicere et sanctificare digneris / vt huius plebis tue que illas honorifice in manib⁹ portare desiderat: teq̃ laudando exultare: exaudias voces de celo sãcto tuo ⁊ de sede maiestatis tue: ⁊ p̃picius sis oĩbus clamantibus ad te / quos redemisti precioso sanguine filii tui. Qui tecũ et spũ sctõ viuit ⁊ gloriãt de⁹. Per oĩa secula seculorum. ℟ Amen. Oremus. Oratio.

Omp̃s sempiterne deus qui hodierna die vnigenitũ tuũ vlnis sancti symeonis in tẽplo sancto tuo suscipiendum presentari voluisti: tuã supplices deprecamur clementiam vt hos cereos quos nos famuli tui in tui nois magnificentia suscipiẽtes gestare cupimus: luce accẽsos bene ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare: atq̃ lumine superne benedictionis accendere digneris quatinus eos tibi domino deo nostro offerendo digni: et sancto igne dulcissime tue caritatis succensi: in tẽplo sancto glorie tue



representari mereamur. Per eũdẽ dñm



nr̃m iesum xp̃m filium tuũ: qui tecum



viuit et regnat in vnitate spũs sancti de⁹.



Per omnia secula seculorum. Amen.



Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo.

Sursum corda. Habem⁹ ad dñm. Grãs agam⁹ dño deo nr̃o. Dignũ et iustũ est.

Vere dignũ et iustũ est equũ ⁊ salutare: nos tibi semper ⁊ vbiq; grãs agere domine sancte pater omnipotẽs eterne deus. Fons et origo totius luminis: qui mundũ illustrasti lumine tue claritatis mittendo nobis vnigenitum tuum per vterum intemerate virginis. Et quẽ longe ante promisisti prophetarũ oraculis tẽporibus nouissimis misisti lucẽ populis sedentib⁹ in tenebris. Te ergo dñe deprecamur: vt has cãdelas nomini tuo preparatas tua benedictiõe digneris bene ✠ dicere qui nos transtulisti a potestate tenebrarum in lucem dilecti filii tui et regnũ. Per quem exortũ est in tenebris lumẽ rectis corde et gaudiũ salutis eterne. Et qui iusti symeonis implesti expectationem: vt non prius videret mortẽ q̃ eiusdẽ christi filii tui visibilẽ incarnationẽ totius mũdi lumẽ et salutem: nos lumine tue claritatis sic repleas vt omñs infidelitatis tenebras




a nobis repellas. Et sicut seruum tuū



hodie dimisisti in pace sic nos in pace



ecclesie tue sancte digneris gubernare:



vt portum quietis eterne valeamus



intrare. Quatinus radiis vere lucis



perfusi ibi in die examinis leti cum



hymnidicis angelorum choris valea-



mus videre faciem indefessi solis.

¶ Hic mutet vocem suam quasi legendo. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Respondetur Amen. Hic aspergantur candele aqua benedicta et thurificentur. Deinde sequatur Dn̄s vobiscū. Oremus. oro.

Domine sancte pater om̄ps lumen indeficiens qui es conditor om̄ium luminū bene ✠ dic hoc lumen tuis fidelibus in honorē nominis tui portandum quatinus a te sanctificati atq; benedicti lumine tue claritatis accendamur et illuminemur: et propicius concedere digneris: vt veluti eodem igne quondam illuminasti moysē famulū tuū: ita illumines corda nostra et sensus nostros quatinus ad visionem eterne claritatis puenire mereamur. Per christū dn̄m nostrum. ℟ Amen. Oremus. oro.

Omn̄ps sempiterne deus qui vnigenitum tuū ante tp̄a de te genitum: sed temporaliter de maria virgine incarnatū lumē verū et indeficiens ad repellēdas humani generis tenebras: et ad incēdendum lumen fidei et veritatis misisti in mundū concede propicius: vt sicut exterius corporali: ita etiam interius luce sp̄uali: irradiari mereamur. Per eūdē dominū. Peracta candelarū benedictione distribuatur et iterum cantetur an̄. Lumen ad reuelationē. ps. Nunc dimittis. totus ps dr̄ cum Gloria patri. et post vnūquēq; v. repetatur an̄.

Ad Missam Officium.

Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio tēpli tui: secūdū nomē tuū deus: ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. ps. Magnus dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuā supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cū nostre carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem.

¶ Lectio malachie prophete.

Hec dicit dn̄s deus. Ecce ego mitto angelū meū q̄ pparabit viā ante faciē meā. Et statim veniet ad tēplū sctm̄ suū dn̄ator quē vos queritis et angelus testamenti quē vos vultis. Ecce em̄ venit dicit dn̄s exercituū. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius. Et quis stabit ad videndū eū: Ipse em̄ quasi ignis 9flās et quasi herba fullonū. Et sedebit cōflās et emūdās argētū: et purgabit filios leui. Et 9flabit eos quasi aurū: et quasi argentum: et erūt dn̄o offerentes sacrificia i iusticia. Et placebit dn̄o sacrificiū iuda et hierusalem sicut dies seculi et sicut ān̄i antiqui. Dicit dn̄s omnipotens. Grad. Suscepimus deus miam̄ tuam in medio tēpli tui: secūdū nomē tuū dn̄e: ita et laus tua in fines terre. V. Sicut audiuimus ita et vidimus in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Allā. V. Adorabo ad tēplū scm̄ tuū: et cōfitebor noi tuo

hac die dicit sequētia: licet īfra. lxx. hoc cītū contigerit. Sequentia.

Hac clara die turma festiua dat ꝑconia. Mariā cōcrepādo symphonia nectarea. Mūdi dña que es sola castissima virginū regina. Salutis causa: vite porta atqꝫ celi referta gratia. Nam ad illā sūt nū tia olim facta angelica. Aue maria gratia dei plena per secula. ℣. precedēs ter dr̄ hac die tm̄. Mulierū pia agmina intra semper benedicta. Uirgo et grauida mater itacta prole gloriosa. Cui cōtra maria hec reddit famina. In me quomodo tua iam fiēt nū tia. Uiri noui nulla certe copula. Ex quo atqꝫ nata sum icorrupta. Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria noua efferens gaudia celo terre nati per cordia. Intra tui vteri claustra portās q̄ gubernat eterna. Omia qui dat tempora pacifica. ¶ Tūc sacerdos et eius ministri in sedib⁹ iuxta altare priuatim dicāt Tr.

Nunc dimittis seruū tuū dñe: secundum verbum tuū in pace. ℣. Quia viderūt oculi mei: salutare tuū. ℣. Quod parasti: ante faciem omniū populorum. Lumen ad reuelationem gentiū: ꝛ gloriam plebis tue israel. Scdm̄ lucam. ii.

In illo tpe. Postq̄ impleti sunt dies purgatōis marie secūdū legē moysi tulerunt iesum in hierusalem vt sisterent dño sicut scriptum est in lege dñi. Quia masculinū adaperiens vuluā: sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiam secūdū quod dictū est in lege dñi / par turturum: aut duos pullos colūbarū. Et ecce homo erat in hierusalē: cui nomen symeō homo iste iustus et timoratus expectās consolationē israel. Et spiritussanctus erat in eo. Et responsū acceperat symeon a spiritu sancto: non visurum se mortē nisi prius videret xp̄m domini. Et venit in spū in templū. Et cū inducerent puerū iesum parentes eius vt facerent secūdū consuetudinem legis pro eo: ꝛ ip̄e accepit eum in vlnas suas: et benedixit deū et dixit. Nunc dimittis seruum tuū domine: secundum verbū tuū in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue israel. Credo. Offertorium. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternū et in seculum seculi. Secreta.

Presta quesumus omnipotens de⁹ vt sicut hodierna die munera veneranda filii tui oblatione consecrantur: sic ipsius gloriose genitricis precibus sempiterni luminis nobis claritas cōferat. Per eundem. Prefatio. Quia per incarnati. Cōio. Responsum accepit symeon a spiritu sancto non visurum se mortem nisi videret christum domini. Postcōio.

Quesumus domine deus noster: vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: intercedente beata semp virgine maria ꝛ presens nobis remedium esse facias et futurū. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuū. Qui tecum vi.

¶ Sancti blasii epi et martyris Offiu.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominum: sancti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite omnia opera domini domino laudate et superexaltate eum in secula. Orō.

Beatus martyr tuus blasius domine nobis misericordie tue imploret auxilium: vt cuiu s festa celebramus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominū nostrum iesum christuz filiū tuum. ꝛc. Epistola. Omnis pontifex. In communi. folio. iiii. Grad. Domine preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Allā. ℣. Posuisti domie super caput eius: coronam de lapide precioso. Euangelium. Nichil opertum. in cōmuni folio. iiii. Offr. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opa manuū tuarū dñe. Secreta.

Maiestati tue dñe hostiaꝝ oblatiōes offerimus precantes: vt intercessione btī blasii martyris tui atqꝫ pontificis fiant accepte in quo filii tui domini nr̄i iesu xp̄i dilectio flagrauit. Qui tecū vi. ꝛ reg. Cōio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcōio.

MIsteria q̄s dñe que in sancti blasii matyris tui atq̃ pontificis cōmēoratiōe sumpsimus nos tueant̄:cui⁹ hodie deuotis officiis recolimus passionē. Per.

¶ Sancte agathe virginis. Officiū

GAudeamus oēs in dño diē festū celebrātes:sub honore agathe martyris:de cuius passione gaudent angeli ⁊ collaudant filiū dei. ps. Eructauit cor meum verbū bonū:dico ego opera mea regi. Orō.

DEus qui inter cetera potētie tue miracula etiā in sexu fragili victoriaȝ martyrii cōtulisti:ↄcede propicius: vt qui beate agathe virginis ⁊ martyris tue natalicia colimus:p eius ad te exempla gradiamur. Per do. Epl'a. Cōfitebor tibi. In cōi fo.x. Gr. Adiuuabit eā deus vultu suo:deus in medio eius nō cōmouebit̄. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sāctificauit tabernaculum suū altissimus. Allā. ℣. Emulor em̄ vos dei emulatione: despondi em̄ vos vni viro virginē castā exhibere xp̄o. Sequentia. Exultemus vel tractus. Diffusa est. Euangeliū. Simile est regnū celorū thesau. quere oīa in cōi fol'. x. Offr. Offerent̄ regi virgines post eā proxie eius offerent̄ tibi in leticia et exultatione adducētur in templū regi dño. Secrete.

IN cōmemoratione btē agathe virginis tue et martyris altaria tua domine misticis muneribus cumulam⁹ maiestatē tuā suppliciter deprecantes: vt ipi⁹ adiuuantibus meritis: cūctis mereamur carere cōtagiis. p. Cōio. Qui me dignat⁹ ē ab oī plaga curare:⁊ mām̄illā meā meo pectori restituere :ip̄z inuoco deū viuū. P⁹c.

CElesti refectā mysterio tuere q̄s dñe familiā tuā vt intercedēte btā agatha virgine tua et martyre salutis eterne remedia:que te aspirāte requirimus:te largiente cōsequamur. Per. ¶ Sanctorum vedasti et amandi epor. Officium

SAcerdotes eius induant salutare:⁊ sancti eius exultatione exultabunt. ps. Memento domine dauid:et oīs mansuetudinis eius. Oratio.

ADesto dñe populo tuo cū sctōr cōfessorū tuor atq̃ pontificum vedasti et amandi tibi patrocinio supplicāti: vt qd̄ ppria fiducia non presumit: intercessorum tibi placentiū meritis cōsequat̄. Per. Epl'a. Plures facti sunt. in cōi fo.ix. Gr. Sacerdotes ei⁹ induant salutare: ⁊ scī ei exultatione exultabunt. ℣. Illuc produc cornu dauid:paraui lucernā xp̄o meo. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintil in arūdineto discurrēt ineternū. Euang. Sint lumbi. in cōi fo.ix. Offr. Exultab sancti in gloria:letabuntur in cubilib⁹ s is exultaiōes dei in faucib⁹ eor. Secret.

HOstias laudis domine tuis altaribus adhibemus:quas eorū tibi patrocinis cōmendandas suppliciter expo mus:in quorū veneratione pietati tue sacrificia offerimus. Per. Cōio. Ego vo elegi de mūdo:vt eatis:et fructuȝ afferati et fructus vester maneat. Postcōi

SUmentes dñe diuina mysteria vt sanctorum confessorū tuorū at pontificū vedasti et amandi precibus sactificationē nobis iugiter operent̄. Per.

¶ Sancte scolastice virginis. Offi

DIlexisti iusticiā et odisti iniquitatem: ppterea vnxit te de⁹ d tuus oleo leticie pre consorti tuis. ps. Eructauit cor meū verbum bonū:dico ego opa mea regi. Or

DEus qui beate virginis tue scholastice aīam ad ostendendam innocentie viā in colūbe specie celos penetrare fe sti:da nobis quesumus:eius meritis ita nocenter viuere:vt ad eadem mereamu gaudia puenire. Per dñm nostrum iesum christum filium tuum. Epistola. Sapientia vincit. In cōmuni folio.xi. Grad. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluya. ℣sus. Diffusa est gratia labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Euangelium. Simile est regnum celorum decem virginibus:que acipientes ⁊c. In cōmuni folio.xi. Offertorium. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secret.

SUscipe q̄s dñe desideria supplicantium fideliū cū oblationib⁹ hostiarum vt interueniente beata scolastica virgine

ua: que te sincero dilexit amore: nec fides i nobis torpeat: nec caritas tepescat. Per do minum nostrum. Coio Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te de⁹ ineternum. Postco.

Familiam tuam qs dne spirituali cibo satiatam: beate virginis tue scholastice meritis propici respice: vt sicut ipsius precibus ad obtinendum qd cupiuit: imbrem celitus descendere fecisti: ita eius supplicationibus ariditatem cordis nostri supne digneris gratie ro perfundere. Per dominum nostrum.

Sancti valentini epi et marty. Officium.

In virtute tua dne letabitur iust⁹ et sup salutare tuum exultabit vehementer: desiderium aie ei⁹ tribuisti ei. ps. Qm preuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedis: posuisti in capite eius coronam de lapide pcioso. Oro.

Presta qs ops deus: vt qui bti valentini martyris tui natalicia colimus a cunctis malis iminentibus eius intercessione liberemur. Per do. Epla. Btus vir q inuentus. in coi fo. iii. Gr. Beatus vir qui timet dnm: in mandatis eius cupit nimis. v. Potens in terra erit semen eius: gnatio rectorum benedicetur. Alla. v. Beatus vir q suffert tentationem: qm cum probat⁹ fuerit accipiet coronam vite. Euange. Si quis vult post me ve. in coi fol. iii. Offr. In virtute tua dne letabitur iustus: et sup salutare tuu3 exultabit vehementer: desiderium aie ei⁹ tribuisti ei. Secreta

Sacrificium dne quod offerimus gratum tibi quesumus beatus martyr valentinus suffragator efficiat. Per dnm. Coio. Magna e gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones sup eum dne. Postcoio.

Quos celesti domine substantia recreasti: beati valentini martyris tui meritis: a cunctis quesumus exime ppiciatus aduersis. Per dominum nostrum.

Sancte iuliane virginis et mar. Offm.

Loquebar de testimoniis tuis i cospectu regum et non cofundebar et meditabar in mandatis tuis q dilexi nimis. ps. Bti imaculati in via: q ambulat i lege dni. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: q ifirma mundi eligis: vt fortia queqz cofundas: da nobis in festiuitate sancte martyris tue iuliane cogrua deuotione gaudere: vt et potentiam tuam in eius passione laudemus et prouisum nobis pcipiamus auxilium. Per dominum nostrum iesum christum filium tc. Epla. Dne deus meus in coi fo. x. Gr. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. v. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. v. Hec est virgo sapiens quam dns vigilantem inuenit. Euange. Simile est regnum celorum the. in coi fo. x. Offr. Filie regu3 i honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Sec.

In sancte martyris tue iuliane passione preciosa te dne mirabilem predicantes munera votiua deferimus: presta qs: vt sicut eius tibi grata sunt merita: sic nostre seruitutis accepta reddantur officia. Per do. Coio. Sile est regnum celorum hoi negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omia bona sua et comparauit eam. Postco.

Libantes domine mense tue beata mysteria qs: vt sancte iuliane martyris tue interuenientibus meritis et tepo ralem nobis miam tribuas et eternam. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

Cathedra sancti petri Officium.

Statuit ei dns testamentum pacis et principem fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas i eternum. ps. Mias dni ieternum cantabo. Oratio.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis aias ligandi atqz soluendi pontificium tradidisti: concede propicius: vt intercessione eius auxilio a pctorum nrorum nexibus liberemur Qui viuis et regnas cum deo patre.

Lectio epistole beati petri apostoli. i. i.

Petrus apostolus iesu christi electis aduenis dispersiois ponthi galatie: capadocie: asye: et bitynie secundum presciētiā dei patris in sanctificationem spus: in obedientiam et aspersione3 sanguis iesu xpi

gratia vobis et pax multiplicetur. Bñdictus deus et pater dñi nři iesu xpi qui secũdũ magnã miam suã regenerauit nos i spem viuã p resurrectionẽ iesu xpi ex mortuis in hereditatem incorruptibilẽ / z incõtaminatã / et imarcessibilẽ cõseruatã in celis: in vobis q̃ in virtute dei custodimini p fidẽ in salutẽ paratã reuelari in tpe nouissimo. In quo exultabitis modicũ nunc: si oportet cõtristari in variis tribulatiõib9 vt probatio fidei vestre multo pciosior sit auro qd p ignem pbat. Inueniat in laudem et gloriã et honorẽ: in reuelationẽ iesu xpi: dñi nři. Gr. Exaltent eũ in ecclesia plebis et in cathedra seniorũ laudẽt eũ. V. Cõfiteantur dño mie ei9: et mirabilia ei9 filiis hoiz.

Tractus. Tu es petrus et sup hanc petrã edificabo ecclesiã meã. Et porte inferi nõ pualebunt aduersus eam: et tibi dabo claues regni celorum. V. Qđcũqz ligaueris sup terrã erit ligatuz z in celis. V. Et qđcũqz solueris sup terram erit solutum et in celis.

Secundum mattheum xvi.

In illo tpe. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicẽs. Quem dicũt hoies eẽ filiũ hois? At illi dixerũt. Alii iohẽm baptistam: alii aũt helyã: alii vero hieremiã aut vnũ ex pphetis. Dixit illis iesus. Uos aũt quẽ me eẽ dicitis. Respõdẽs aũt symõ petrus dixit. Tu es xps fili9 dei viui. Respõdens aũt iesus dixit ei. Beatus es symon bariona: qz caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: et sup hanc petram edificabo ecclesiã meã. Et porte inferi nõ preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celoz. Et qđ cunqz ligaueris sup terram: erit ligatũ et in celis. Et qđcũqz solueris sup terrã: erit solutum et i celis. Credo. Offr. Constitues eos principes super oẽm terram memores erunt nominis tui in oi progenie et gñatoẽ. Secre.

Ecclesie tue q̃s dñe preces z munera bti petri aplĩ tui cõmẽdet oro: vt qđ p illius gloria celebramus nobis psit ad veniã. Per. Prefatio. Et te dñe. Cõio. Tu es petrus et sup hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcõio.

Letificet nos dñe q̃s munus suptũ: vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilez predicam9: sic p illũ tue sumamus indulgentie largitatẽ. Per dñm nřm.

Sancti mathie apostoli Officiũ.

Michi autem nimis honorati sũt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eoz. Ps. Dñe pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã et resurrectionẽ meã. Gloria patri. Oro.

Deus qui beatũ mathiã aplõz tuorũ collegio sociasti: tribue q̃s: vt ei9 interuentione tue circa nos pietatis semp viscera sentiamus. Per dominum.

Lectio actuũ apostolorum prio.

In diebus illis. Exurgens petrus i medio fratrũ dixit. Erat autẽ turba hoim simul fere centum viginti. Uiri fres oportet impleri scripturã quã predixit sps sanct9 p os dauid de iuda: q̃ fuit dux eorũ: q̃ cõprehenderunt iesum: q̃ cõnumeratus erat in nobis: z sortitus est sortẽ ministerii huius. Et hic quidem possedit agrũ de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius: z diffusa sunt oia viscera ei9. Et notũ factũ est oib9 habitantibus hirlz ita vt appellaret ager ille ligua eoz acheldemach: hoc est ager sanguinis. Scriptũ est eñ in libro psalmorũ. Fiat cõmemoratio eius deserta: et non sit q̃ inhabitet in ea: et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscũ cõgregati sunt in oi tpe quo intrauit z exiuit inter nos dñs iesus incipiens a baptismate iohãnis vsqz in diẽ qua assumpt9 est a nobis testẽ resurrectiõis eius nobiscũ fieri vnũ ex illis. Et statuerũt duos ioseph qui vocabat barsabas: qui cognominatus est iustus z mathiam. Et orantes dixerunt. Tu dñe q̃ corda nosti oiz: ostẽde quẽ elegeris ex his duobus / vnũ accipere locũ ministerii huius et apostolatus de quo preuaricat9 est iudas vt abiret in locum suũ. Et dederũt sortes eis: et cecidit sors sup mathiã. Et annumerat9 est: cũ vndecim aplĩs. Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eoz. V. Dinumera-

bo eos et sup arenā multiplicabūt. Tract9
Beatus vir qui timet dn̄m: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens i terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo ei9 et iusticia eius manet in seculum seculi.
Secundum mattheum. xi.
In illo tp̄e. Rn̄dens iesus dixit. Confiteor tibi pater dn̄e celi et terre: quia abscōdisti hec a sapientibus et prudētibus et reuelasti ea paruulis. Ita p̄r qm̄ sic fuit placitū ante te. Oia michi tradita sūt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neqꝫ patrē quis nouit nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me oēs q̄ laboratis et onerati estis: et ego reficiā vos Tollite iugū meū sup vos: et discite a me qr mitis sū et humilis corde: et inuenietis requiem aīabus vestris. Iugum em̄ meū suaue est: et onus meū leue. Credo. Offr. In oēm terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.
Deus qui proditoris apostate ruinā ne aplor tuorū numerus sacratus pfectione careret: bti mathie electione suppleisti: presentia munera sanctifica: et p ea nos gratie tue virtute cōfirma Per dn̄m. Prefatio. Et te dn̄e. Cōio. Uos qui secuti estis me sedebitis sup sedes iudicātes duodecim tribus israel: dicit dn̄s. Postcōio.
Presta q̄s ops et misericors deus: vt p hec sancta q̄ sumpsimus: interueniente beato mathia aplo tuo veniā cōsequamur et pacem. Per dominum nostrū iesum christum filium tuum etc.
Sancti dauidis epi et cōfessoris Offm̄.
Statuit ei dn̄s testamētum pacis: et principē fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas ieternū. ps. Mias dn̄i ineternū cātabo. Orō.
Da q̄s omps deus: vt beati dauidis cōfessoris tui atqꝫ pontificis veneranda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. Per dn̄m. Epla. Ecce sacerdos magnus q̄ in di. In cōi fo. vii. Gr. Dn̄e p̄uenisti eū in bn̄dictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei9 coronā de lapide p̄cioso. ℣. Uitam petiit et tribuisti ei longitudinē dierum in seculum seculi. Tractus.
Beatus vir q̄ timet dn̄m: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semē eius: generatio rector benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo ei9: et iusticia eius manet in seculū seculi. Euāge. Homo q̄dā pegre. In cōi fo. viii. Offr. Ueritas mea et mīa mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Respice q̄s dn̄e munera ppli tui i bti dauidis confessoris tui atqꝫ pōtificis honore oblata et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per dominum. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vobis sup oīa bona sua constituet eum. Postcōmunio.
Quos tuis dn̄e reficis sacramentis sancti dauidis confessoris tui atqꝫ pōtificis attolle benign9 suffragiis: vt nr̄e redemptionis effectū mysteriis capiam9 et moribus. Per dominū nostrum iesum
Sancti cedde episcopi et cōfes. Officiū.
Sacerdotes dei benedicite dn̄z: sancti et humiles corde laudate deū. ps. Benedicite oīa opa dn̄i dn̄o: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus: q̄ nos beati cedde cōfessoris tui atqꝫ pontificis hodierna festiuitate letificas: quā supplices exoramus clementiā: vt cuius solēnia deuotis officiis veneramur: eius piis suffragiis vite et̄ne remedia cōsequamur. Per. Epla. Dilectus deo et hoibus. In cōi fo. vii. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in dieb9 suis placuit deo. ℣. Nō est inuentus silis illi qui cōseruaret legem excelsi. Tractus. Beat9 vir. vts. in officio pxio. Euāg. Uidete vigilate. In cōi fol. viii. Offr. Inueni dauid seruū meū: et in oleo sancto vnxi eū: manus em̄ mea auxiliabitur ei: et brachiū meū confortabit eū. Secreta.
Propiciare dn̄e q̄s supplicatiōibus nostris et intercedente pro nobis beato cedda confessore tuo atqꝫ pontifice his sacramētis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse cōcede vt purificāte nos gratia tua: eisdē quib9 famulamur mysteriis emundemur. Per. d. Cōio. Dn̄e quiqꝫ talenta tradidisti michi: ecce alia quinqꝫ

supplucratus sum. euge serue fidelis: q2 in pauca fuisti fidelis supra multa te ɔstituā intra in gaudium domini tui. Postcōio.

PResta q̃s dn̄e de9 noster: vt diuinis mysteriis expiati intercedēte beato cedda ɔfessore tuo atq3 pontifice: ad supni plenitudinē sacramēti cui9 libauim9 scta tendamus. Per dominum nostrū iesum.

¶ Sctār perpetue et felicitatis. Officium.

VVltū tuū deprecabūtur omēs diuites plebis: adducētur regi vgĩes post eā pxĩe eius adducē tur tibi ĩ leticia ⁊ exultatōe. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: di co ego opera mea regi. Oratio.

DA nobis q̃s dn̄e deus noster sanctarum martyrū tuarum perpetue et felicitatis palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus imitari: humilimis saltē frequētem9 obsequiis. Per dn̄m. Epl'a. De virginibus aūt preceptū domini nō habeo. In cōi folio. xi Gr. Gloriosus deus in sctis mirabilis in maiestate faciens pdigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata est ĩ virtute: dextera man9 tua confregit inimicū. Euāgeliū. Simile est regnū celorum decem. In cōi fo. xi. Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

INtēde dn̄e mūera q̃s altarib9 tuis p sanctarū martyrū tuarum ppetue ⁊ felicitatis cōmeōratione pposita: vt sicut per hec beata mysteria illis gloriā contulisti: sic nobis indulgentiā largiaris et gratiā. Per do. Cōio. Quinq3 prudētes virgines acceperunt oleū in vasis suis cū lāpadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus veīt exite obuiā xpo dn̄o.

SAnctarū martyrū tuarū Postcō. ppetue et felicitatis festiuitate et sacramenti diuini munere vegetati: q̃s dn̄e: vt sicut bonis tuis per tuam gratiam temporaliter fouemur: ita pfruamur eternis. Per dominum. ¶ Si aliquod festum trium lectionū a capite ieiunii vsq3 in crastinū oct. pasche cōtigerit nichil inde fiat nec etiā mēoria. ¶ Patricii epi ⁊ ɔfes. Offm.

STatuit ei dn̄s testamentū pacis: et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternum. ps. Misericordias domini: ineternum cantabo. Oro.

¶ Si quis trigintale scti gregorii celebrare disposuerit / tūc celebret tres missas ď natiui. dn̄i: tres de ephīa dn̄i: tres de puri. btē marie: tres de annūciatione eiusdē: tres de resurrectione dn̄i: tres de ascensione domi tres de penthe. tres de trini. tres de assūp. btē marie. ꝛ tres ď natiui. eiusdē: ita q̄ iste misse celebrenť infra octa. dictorū festorū sicut in prima die cū eodem. Kyrieť. Gloria in excelsis. et Credo. et sequentia et prefatio. Cōicantes. et Hāc igitur. Sanctus et Agnus, sicut cōtinenť in canone: ꝛ cum istis orationibꝰ subsequētibꝰ: ita q̄ orōnes subsequentes cū orō. de festo sub vno Oremus: et sub vno Per dn̄m. dicanť. Et debent dici quotidie p̄ ānū Placebo. et Dilexi. cū. ix. p̄s. et. ix. lc. et. ix. āīs: nisi in tp̄e paschali: in quo quotidie cū. iii. lec. diceť ꝛ totiens diceť cōmēdatio aīaꝝ: ita q̄ tā ad Placebo. q̄ ad Dirige. sit prima orō Deus summa spes. et etiā ī cōmēdatione aīaꝝ: et ad missam de die dť predicta oratio ab eo qui missam celebrat p̄ totum annū. Orō.

Deus sūma spes nostre redēptionis q̄ in terra p̄missionis ante oēs terras nasci elegisti: mortēq; ibidē sustinuisti libera p̄picīꝰ aīam famuli tui N. de manibus demonū: ꝛ eandem terrā de potestate paganorū: vt populus q̄ in te nō credit per virtutē tuam emendationē habeat: ꝛ illis oibus q̄ ī te cōfidūt per tuā magnā succurre pietatē. Qui cū deo patre. Secreta.

Omnipotens sempiterne deus: redemptor animarū saluādaꝝ et p̄ciū redēptionis totiꝰ generis humani: miserere clemēter aīe famuli tui. N. et q̄cq̄d in eo viciorū fallēte dyabolo et p̄pria iniquitate contraxit: tu pius et misericors abluas indulgendo: et terrā quā sanguine tuo proprio dedicasti: de manibus inimicorū crucis eripias vota filiorū isrl̄ ad eius liberationē instantiū in viā salutis eterne misericorditer dirigendo. Qui cū deo patre. Postcō.

Deus cuius mīe nō est nūerus cui soli cōpetit medicinam prestare post mortē: q̄ es vita viuentiū: spes morientiū / ꝛ salus oim in te sperantiū: qui terrā hereditatis tue p̄ p̄ctā filiorū esau pollutā: precioso sanguine tuo dignatus es cōsecrare: tu animā famuli tui N. p̄ huius virtutem sacramēti a p̄cīs oībꝰ exuas / ꝛ a penis quas p̄ his meretur eripias ꝛ populū incredulū ac rebellē p̄ gratiam tuā facias peculiarē: illisq; oībus q̄ in tua mīa confidūt manū auxilii tui pissime largiendo. Qui cū deo.

¶ Omnibus dup̄. festis p̄ annū siue sit de tp̄ali siue de festis sāctorū diciť vnū istorū Kyrie. cū suis ꝟ. pro dispositione cantoris ita tamē q̄ in festis maioribꝰ dup̄. dicitur Deus creator. et in ceteris dup̄. p̄ ordinem videlicet Kyrie rex genitor. kyrie fons. kyrie omp̄s. kyrie rex splēdens. Lux ꝛ origo Cūctipotēs. Cōditor. kyrie. Orbis factor. Ita tamē q̄ ī die epyphanie ꝛ ī die penthe. et in festo corporis xp̄i dť kyrie fons. In festo sancti michaelis in mēse septēbri diciť. kyrie rex splēdēs. cū suis ꝟ. In festo sancti dūstani et scti michaelis in monte tūba dť kyrie rex splēdēs. absq; ꝟ. In vtroq; festo sancte crucis dť Lux et ori. cū suis ꝟsibus

¶ Missa pro mortalitate euitāda quam dn̄s papa Clemens fecit et cōstituit in collegio cū omnibus cardinalibus: ꝛ cōcessit omnibus predictam missam audiētibus. cc.lx. dies indulgentie. Et omnes audientes predictam missam: debent portare in manu vnam candelā ardentem per quinq; dies sequētes: et tenere eā in manu p̄ totā

missā gentib⁹ fleris et eis mors subitanea nocere nō poterit: ⁊ hoc ē certū ⁊ approbatū i Auinione ⁊ in ptib⁹ circūuicinis offin.

Recordare domine testamenti tui: ⁊ dic angelo percutiēti cesset iā manus tua: vt nō desolet terra ⁊ ne pdas oēm aīaʒ viuā. In tpe paschali allā. ps. Qui regis israel intende: q̄ deducis velut ouē ioseph. Orō.

Deus qui non vis mortē: sed penitētiam desideras peccatorū populuʒ tuū q̄s ad te cōuerte ppicius: vt dū tibi deuotus extiterit: iracūdie tue ab eo flagella āmoueas. Per. Lectio libri regū. ii. xxiiii.

In diebus illis. Immisit dñs pestilentiam suā i israel de mane vsqʒ ad tempus cōstitutū: et mortui sunt ex populo a dan vsqʒ bersabee septuagita milia virorū. Cūqʒ extendisset manū suā angelus dñi sup hirl'm vt dispderet eam: misertus est dñs sup afflictionē: et ait angelo percutienti populū. Sufficit. Nunc cōtine manū tuā. Erat autē angelus dñi iuxta areā areuna iebusei. Dixitqʒ dauid ad dñm: cū vidisset angelū cedētē ppl'm. Ego sū q̄ peccaui ⁊ inique egi: isti qui oues sunt q̄d fecerūt: Uertatur obsecro man⁹ tua cōtra me: et cōtra domū patris mei. Uenit autē gad ppheta dñi ad dauid in die illa: et dixit ei. Ascende et constitue altare dño i area areuna iebusei. Et ascēdit dauid iuxta sermonem gad: quē preceperat ei dñs. Gr. Misit dñs manū suā et sanauit eos: et eripuit eos de interitu eoꝝ. V. Cōfiteant dño mie eius: et mirabilia eius filiis hoim. Allā. V. Saluabo ppl'm meū in medio isrl': et ero eis in deū in veritate ⁊ iusticia. Sequētia

Iubilemus pia mēte voci corde cōcinēte trinitatē collaudātes. Patrē p̄lēqʒ p̄cemur sctm̄ neuma veneremur: laudis melos cōcrepantes. Dñs vna proclamemus: sūmū deū imploremus misereri vt dignetur. Cōgrauat cor languescit: iā gens meret et plangescit: pestis morsum dum veretur. Aura ledit furit pestis morbus urit: nulla mestis spes salutis reddit. Mare fluit mixtuʒ felle iam tēpestas iā pcelle plebs vbiqʒ premit. Si pro malis irascaris tempus est vt reuertaris pie iesu miserere. Leo lustrans oues q̄rit: nisi presis ouis perit bone pastor nos tuere. Terra mare firmamenta: queqʒ parent elemēta tuo facto numine. Mare nouit te calcāteʒ dū te sentit ambulantē facto fertur flumine. Cūcta sistunt te iubente: nō mouentur sed repente reddūtur pacifica. Toto nisu tota cura: oīs laudat te factura o virtus almifica. Auras mitte nobis letas: pestes p̄ce pcul pelle. Trāsfer nos ad vite metas ne nos turbēt tot pcelle. Olim culpa nos ligati: respirantes cedimus. Corde mesto flagellati: tibi soli credimus. Lex antiqua transgressores ₂uersos eripuit. Tue legis abusores pie dū corripuit. Ioab abner psequēte: et hūc armis insequente: prece datur venia. Ioab vitam ₂secutus: nocte viam transit tutus p mōtis cacumina. Dauidi pphetico vita dat termino p delicto graui. Tersum fugit facinus/ dū fatet vocibus: inquiens peccaui. Ezechias reddit fletum: et pctm̄ est delctum: statim vt penituit. Fletū fecit et profecit sibi deus hinc adiecit: annos ⁊ cōstituit. Mitis hester piemētis: p salute sue gentis assuerum adiit. Hic fit sal⁹ mardocheo: crux equatur amoreo q̄ suspensus periit. Uirt⁹ iudith de supnis diua dū illumiat. Caput aufert olofernis ⁊ captiuos liberat. Mater ergo sūmi regis: tibi nat⁹ christus verus. Nos signauit vmbra legis: hester tu: hic assuer⁹. Uirgo natū intercede: vt afflictos liberet. Saluet hos a pestis cede quos pie redimeret. Uirgo mater maris stella: fons hortoꝝ verbi cella ne nos pestis aut procella pctōres obruāt. Eya mater terge fletū: tempestatis tolle fretū cor mestorū redde letū iā preces subueniāt. Proles parcit si p horas mater ergo rūpe moras: posce tuū filiū. Aura feda rumpēs pestis simul cadāt confer mestis salutis auxiliū. Nostros tuus ipse natus tollat penas ⁊ reat⁹ nobis prestans cōsolamen. Sui regni sempiterni vbi ciues sunt superni: personemus omnes amen. ¶ Secundum Lucam. iiii.

In illo tempore. Surgēs iesus de synagoga: introiuit i domū symonis. Socr⁹ autē symonis tenebat magnis febribus: et rogauerūt illū p ea. Et stās sup

illam: imperauit febri et dimisit illā. Et cō tinuo surgēs ministrabat illis. Cū aūt sol occidisset: oēs q̄ habebant infirmos variis langoribꝰ: ducebant illos ad eū. At ille singulis manus imponēs curabat eos. Exibant aūt demonia a multis clamātia et dicentia: qꝛ tu es filius dei. Et increpans nō sinebat ea loqui: qꝛ sciebāt ipm esse christū Facta aūt die egressus ibat in desertū locū et turbe reqrebāt eū. Et venerunt vsq; ad ipm: et detinebant illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dei. Quia ideo missus sum. Et erat p̄dicans in synagogis galilee. Offer. Stetit pontifer inter mortuos et viuos habens thuribulū i manu sua aureū: et offerens incēsi sacrificium placauit iram dn̄i et cessauit plaga a deo. In tempore paschali. alleluya. Secreta.

Subueniat nobis dn̄e q̄s sacrificii p̄sentis opatio: q̄ nos ab erroribꝰ vniuersis potenter absoluat: et a totiꝰ eripiat perditionis incursu. Per dn̄m. Cōio. Multitudo languētiū et qui vexabanf a spiritibꝰ immūdis veniebāt ad eū: qꝛ virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcōmunio

Exaudi nos deus salutaris noster: et intercedēte beata dei genitrice sēpq; virgīe maria: populū tuū ab iracūdie tue horroribus liberū: et misericordie tue tua fac largitate securum. Per dominum.

Officium sancti rochi.

Congratulamini oēs in domino diē btī Rochi ↄmemorātes in cuius cōmemoratione letaf ecclesia: plebs exultat et angeli dulcia dant melodia dicētes gloria tibi domine qui talē virū in confessorem elegisti ps. Btī imaculati i via: q̄ ambulant in lege domini. Gloria patri. Oratio.

Deus qui es gloriosus in gloria sanctorū et cūctis ad eoꝝ patrocinia cōfugientibus sue petitiōis salutarem prestas effectum: concede plebi tue: vt intercedente beato rocho confessore tuo que in eius celebritate se deuota exhibet langore epydimie quā i suo corpe p tui nomis glia passus est sit liberata / et tuo nol semp sit deuota. Epl'a ad thimotheū.

Carissime. Memor esto iesum christū surrexisse a mortuis ex semie dauid secundū euangeliū meū in quo laboro vsq; ad vincula quasi male operans: sed verbum dei non est alligatū. Ideo oīa sustineo propter electos: vt et ipi salutem cōsequantur que est cum xp̄o iesu in gloria celesti. Tu aūt assecutus es meā doctrinam institutionē: ppositū: fidē: lōganimitatē: dilectionē: paciētiā: psecutiones: passiōes qualia michi facta sūt āthiochie iconio listris quales psecutiōes sustinui et ex oībus me eripuit dn̄s et oēs qui pie volūt viuere in xp̄o iesu psecutionē patiūtur. Gr. Tibi pio sancto Rocho honor sit et gloria et deprecātes apud celeste numē: tuis p̄cibꝰ morbo epydimie saluos redde. V. Fac q̄s beate cōfessor xp̄i: vt apud deū p̄ces nostre nō sint vane et nobis aeris tēperiē cōcede: vt in fine tecū in celis cōgratulemur. Allā V. O beate cōfessor Roche q̄ magna apud deum sunt merita tua quibꝰ credimꝰ nos a morbo epydimie posse liberari et aeris tēperiem cōcedi allā. Euangeliū. Uigilate. quia nescitis qua hora. In cōi fol. viii.

Offer. Te beatū Rochum xp̄i cōfessorem exoratū facimꝰ et preces ad te patrē nostrū dirigimus: vt tua intercessione a langoribus epydimie saluemur et aeris tēperiem potiamur. Prefatio. Eterne deus. Qui imminentē niniuitis interitū sola mīa reuocasti quibꝰ vt ppugnator existeres cuꝫ orōnis penitentia p̄stitisti: et huic pp'lo tuo ante cōspectū glorie tue pstrato orādi tribue puritatem et quem desiderat presta liberationis effectum vt quos vnigeniti tui precioso sanguine redemisti non patiaris misericordia tua mortalitati interire supplicio. Per xp̄m dominum. Secreta.

Parce nobis dom̄e: et flagella ire tue que peccata nostra merentur precibus et meritis beatissimi cōfessoris tui rochi a nobis misericorditer auerte. Per do. Cōio. O q̄ magnificum est nomē tuum beate roche qui tuis intercessionibus multitudinē languētiū nosti sanare et nomen tuū gloriosū cōmeorātibꝰ oībus te ppiciū exhibere veni et salua nos a morbo epydimie et aeris tēperiē nobis concede. Postcō.

P Resta q̃s ops deus: vt q̃ celestia sacramēta pcepimus: intercedēte btō Rocho confessore tuo p hec cōtra omīa aduersa mūdi muniamur/ et ab oī morbo et peste ac a subitanea morte liberemur. Per dominum nostrum.

¶ In festo scē virginis genouefe Officiū.

G Audeamus oēs ī dño diē festū celebrātes sub honore genouefe virginis: de cuius translatione gaudent angeli: et collaudant filiū dei. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. Gaudeam⁹. Gloria patri. Gaudeamus. Kyrieleyson. Gloria in excelsis dicitur. Oratio.

D Eus qui btē genouefe virginis excellentiā multiplici virtutū glīa declarasti: cōcede nobis q̃s: vt q̃ p grām tuā hodierna die in mēbris hūanis ignis horrēdi cōsumpsit incēdiū: nos quoq₃ a gehēne incēdiis liberatos ad gaudia transferat angelorū. Per dominū. Epistola. Qui gloriatur. Require ī cōi virginū. R. Spe tua et pulchritudine tua: intende psꝑe pcede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. R. Specie tua ꝛ pulchritudine tua. Allā. V. Hec est virgo sapiens quā dominus vigilantē inuenit. Alle luya. Prosa.

G Enouefe solēnitas solēne parit gaudiū. Cordis erūpat puritas in laudis sacrificiū. Felix ortus infantule teste germano psule. Nō preuidit in spū rerū probatur exitu. Hic ad pect⁹ virgineū p pudoris signaculo. Nūmū suspendit eneū crucis insignem titulo Genouefam diuinitus oblato dotat munere. Hanc tēpli scti spūs sub xpi dicās federe. Insontē manu feriens mater priuat lumine. Matri virgo cōpatiens lucis dat vsū pristine. Genouefa magnanimis carnem frāgit ieiunio. Terrā q₃ rigans lacrimis iugi gaudet martyrio. Celesti duce p uio celos lustrat et tartara. Ciuesq₃ precū studio seruat a gente barbara. Diuino diu munere sitim leuat artificū. Cōtractū casu misere matri resignat vnicū. Ad primā precē virginis cōtremiscūt demonia. Pax dat energumis spes egris/ reis venia. In eius manu cerei reaccēditur celitus. Per hanc in sinus aluei redit amnis coercitus Ignē sacrū refrigerat post mortē viuens meritis. Que prius in se vicerat estus iterni fomitis. Morti morbis demonibus et elementis imperat. Sic genouefa pcibus nature leges superat. Operat in paruulis xpi virtus magnalia. Christo p tot miraculis laus frequēs iugis glīa. Amē. Tr.

G Aude sancta genouefa pia prudēs illibata spōsa xpi. Ab āgelis collaudata a germano pphetata sicq₃ fuisti. Signe patrans infinita. cū digna tā mira vita sic vixisti. Nō post mortē coronata: celos vgo deo grata: sicq₃ possedisti. Ubi cūctis plena bonis iugiter ora p nobis. Amē. Euange. de cōi virginū videlꝫ. Simile est regnū celorū decē virgi. Nō dr Credo nisi sit dñica. Offr. Offerentur regi virgines post eam: proxime ei⁹ offerētur tibi. Sec.

P Er hec dñe dona presentia beata vgo genouefa tibi nos reddat acceptos: et ab ignib⁹ eternis intactos tibi nos reconsignet lumini tue claritatis oblatos Per. Prefatio cōis dr. Cōio. Diffusa ē gratia in labiis tuis pꝑterea benedixit te deus ineternum. Postcommunio.

B Eata virgo genouefa q̃s dñe sumptis donis celestibus: sua nos intercessiōe letificet: et apud te meritis suis gloriosis obtineat/ ne preparatos impiis sempiternos sentiamus ardores. Per dñm.

¶ Missa pro febricitantibus Officiū.

I Ustus es dñe et rectū iudiciū tuū fac cū seruo tuo scdm misericordiā tuā. ps. Btī imaculati ī via: q̃ ambulāt ī lege dñi. Orō

O Mnipotens sempiterne de⁹: q̃ p sanctos apłos et martyres tuos diuersa sanitatū dona largiri dignat⁹ es: da q̃s: vt presentē famulum tuum. N. qui a febriū veratione fatigatur: per intercessionē sancti sigismūdi regis et martyris tui tua medicina erigat ad salutem: et ad sanitatem clementer reuocare dignetur. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ Lectio libri sapientie.

Q Ui timet dominū nichil trepidat ꝛ non pauebit: qm̄ ipse est spes eius.

Timēti dñm beata est anima eius. Oculi dñi sup timētes eū. Protector montium firmamentū virtutis. Tegmen ardorum & vibraculū meridianis. Deprecatio offensionis et adiutoriū casus. Exaltans aiam et illuminans oculos: dans sanitatē et vitam & bñdictionē. Grad. Miserere mei domine qm̄ infirmus sum sana me dñe. V. Conturbata sunt oīa ossa mea: et aīa mea turbata est valde. Allā. V. De profundis clamaui ad te domine.

¶ Euangelium Secundum Johannem.

In illo tempore. Cum venisset dñs iesus i domū petri: vidit socrū eius iacentē febricitantē: tetigit manū eius et dimisit eū febris. Et surrexit et ministrauit eis. Vespere autē facto obtulerunt ei multos demonia habentes. Et eiiciebat spūs verbo et omnes male habentes curauit vt adimpleret quod dictū est p isaiā pphetam dicentē. Ipse infirmitates nr̄as accepit: et egrotationes portauit. Offr. Dñe cōuertere et eripe aiam meā: saluū me fac ppter misericordiam tuam. Secreta.

Offerim⁹ tibi dñe munera sancta in nomine electi tui sigismūdi regis et martyris tui a presenti egroto. N. febrium ardores repelli iubeas: et exinde tuo semp muniatur auxilio. Per dñm. Cōio. Amen dico vobis quicqd orantes petitis credite et accipietis: et fiet vobis. Postcōio.

Omnipotēs sempiterne deus: q̄ dedisti fidelibus tuis obtinere oīa q̄ iuste precant: suscipe ppicius preces nr̄as quas p famulo tuo. N. i honorē sancti sigismūdi regis & martyris tui deferimus: & quod p eo deuotis mentibus obsecramus celeri indulgētia cōsequi mereatur. Per dñm nr̄m iesum xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit et regnat in vnitate spūssancti de⁹. Per oīa secula seculorum. Amen.

¶ Oratio btīssimi augustini dicenda per sacerdotem ante missam p deuotiōe sua.

Summe sacerdos & vere pontifex iesu xp̄e q̄ te obtulisti deo patri hostiā purā & imaculatā i ara crucis p nobis miseris pctōrib⁹: q̄ dedisti carnē tuā ad manducandū: et sanguinē tuū ad bibendū. & posuisti istud mysteriū in virtute spūssctī dicens. Hec quotienscūq3 feceritis: i mei memoriā facietis. Ego vero memor hui⁹ venerande passiōis cōfugio & accedo ad altare tuū licet peccator indignus vt offerā tibi sacrificiū qd̄ tu ipse instituisti: & offerri p̄cepisti in cōmemoratione tua p salute nostra. In quo quidem caro tua in veritate sumit. Sanguis tuus in veritate bibitur. ima sūmis: diuia humanis cōiūgūt. Sed quis digne hoc celebrare potest: nisi tu deus ops offerentē feceris dignū. Certe scio et idipm bonitati tue cōfiteor: q̄ nō sum dignus accedere ad tantū mysteriū ppter nimia pctā mea: et negligentias meas infinitas. Sed scio et vaciter credo: totoq3 corde et ore confiteor: qr tu potens es me facere dignū: qui solus de indignis dignos: de imūdis mūdos: de peccatorib⁹ iustos facit et sctōs. Per hanc igit oīpotentiā tuā & ienarrabilē caritatem implorando clementiam tuā te rogo: vt michi pctōri quē iter cetera dona ad officiū sacerdotale vocare dignatus es: nullis meis meritis: sed sola dignatione mie tue cōcedere digneris hoc celeste sacrificiū celebrare ac tantū tractare mysteriū ea reuerētia et honore: deuotiōe & timore: ac cordis puritate: q̄bus decet: de ipsoq3 credere: intelligere: sentire: firmiter retinere: dicere et cogitare qd̄ tibi placet: et expedit aīe mee: ita vt placide ac benigne suscipias de manibus meis ad salutē mei et omniū tam viuorum q̄ defunctorū. Qui viuis et regnas.

¶ Oratio dicenda post missam.

Omnipotens sempiterne deus misericordissime qui venisti pctōres redimere peto te p dulcissimū sacramentū corporis et sanguinis tui mysteriū qd̄ ego indignus accepi: vt michi dones indulgentiā & remissionem omniū peccatorū meorū presentiū et futurorum: vt dignā agere valeam penitentiā: in bonis operibus pseuerantiam habeam: ac toto corde meo te intelligere: et que tibi placita sunt tota dilectione perficere: & te puro corde meditari: et post hanc vitā nunq̄ a te separari. Per dominū nostrum iesum christū. &c.

O Mnibus duplicib9 festis p annum siue sit de tēporali siue de festis scōꝝ dicit vnū istoꝝ kyrie: cū suis vsib9 p dispositione cātoris: ita tamē q in festis maioribus duplicib9 dr Deus creator. & i ceteris duplicib9 p ordinē videlicet Kyrie rex genitor Kyrie fons. Kyrie ops. Kyrie rex splendens. Lux et origo. Cūctipotēs. Conditor kyrie. Orbis factor. Ita tamē q i die epyphanie et i die pēthe. & in festo corporis xpi dr. Kyrie fons. In festo scti michaelis in mense septēbris dr Kyrie rex splēdēs. cū suis versib9. In festo scti dūstani & scti michaelis i mōte tūba dr Kyrie rex splēdēs. absq vsib9. In vtroq festo sctē crucis dicitur Lux et origo. cum suis versibus.

Deus creator oim tu theos ymō nr̄i pie eleyson. Tibi laudes cōiubilantes regū rex xp̄e oram9 te eleysō. Laus virtus pax et iperiū: cui est semp sine fine el. Christe rex vnice patris almi nate coeterne el. Qui pditū hoiem saluasti de morte reddēs vite el. Ne pereāt pascue oues tue iesu pastor bone el. Cōsolator spūs supplices ymas te exoramus el. Virtus nr̄a dn̄e atq salus nr̄a ieternū el. Sūme de9 & vne vite dona nobis tribue misert9 nr̄iq tu digneris eleyson.

Kyrie rex genitor ingenite vera essentia eleyson. Kyrie luminis fons rerū creator eleyson. Kyrie qui nos tue imaginis signasti specie el. Christe dei forma humana particeps el. Christe lux oriens p quē sunt oia el. Christe qui pfecta es sapiētia eleyson. Kyrie spūs viuifice vite vis eleyson. Kyrie vtriusq vapor in quo cūcta el. Kyrie expurgator scelerū & largitor gratie. Quesumus pter nostras offēsas noli nos relinquere. O cōsolator dolentis anime eleyson.

Kyrie fons bonitatis pater ingenite: a quo bōa cūcta pcedūt eleysō. Kyrie qui pati natū mūdi p crimine ipm vt saluaret misisti eleyson. Kyrie q septiformis dās dona pneumatis a quo celū terra replent el. Christe vnice dei patris genite quē de virgine nasciturū mūdo mirifice scti pdixerūt pphete el. Christe agie celi cōpos regie melos glorie cui sp astat p numine angeloꝝ decantans apex eleysō. Christe celitus nr̄is assis pcib9 pronis mētibus quē i terris deuote colim9 te iesu clamātes pie eleysō. Kyrie spiritus alme coherens patri natoq vnius vsie consistendo fluēs ab vtroq el. Kyrie q baptisato i iordanis vna xp̄o effulgens specie colūbina apparuisti el. Kyrie ignis diuine pectora nr̄a succēde vt digni pariter proclamare possimus semper eleyson.

Kyrie oipotens pater ingenite: nobis miseris eleysō. Kyrie q pprio plasmatū filio redemisti el. Kyrie adonay nr̄a dele crimina plebiq tue eleysō. Christe splendor glorie patrisq figura substantie el. Christe pr̄is q mūdū pcepto saluasti nobis el. Christe salus hoim vitaq eterna angeloꝝ el. Kyrie spūs paraclite largitor venie nobis el. Kyrie fons mie septiformis gratie el. Kyrie indultor piissime pcedens ab vtroq. Carismatū dator largissime doctor viuifice clemēs el.

Kyrie rex splendēs celi arce salue iugiter et clemens plebi tue semp eleysō. Hymnidice quē turme cherubī laude pēniter pclamāt incessanter nobis eleyson. Insigniter caterue precelse: et quib9 seraphin respōdēt te laudantes nr̄i el. Christe rex altithrone ordines angelorum nouēs quē laudāt incessanter pulchre dignare seruis tuis sp el. Christe quē toto orbe vnica ecclia hymnizat sol & luna astra tell9 mare cui et famulant semp el. Spi idē inclite patrie ppetue heredes sci oēs digno carmine pclamāt cōiouāter nobis el. Virgis pie marie o alma proles rex regū bn̄dicte redēptor cruore mercatis pprio mortis ex potestate semp eleysō. Insignissime ingenite origine iā expers & sine virtute excellēs oia caterue huic tue clemēs el. Limpidissime glorie sol iusticie arbiter oēs gētes districte dn̄i iudices turme obnixe precamur tunc astanti clemens eleyson.

Lux et origo lucis sūme deus eleysō. In cuius nutu cūcta cōstant sp el. Qui sol9 potes misereri nobis el. Redēptor hoim et salus eoꝝ benigne nobis el. Per crucē redēpti a morte penni te exoramus el. Qui es verbū patris sator pietat'

lux veritatis el. Paraclite spūs sctē deꝰ nobis el. Medicina nr̄a et mia el. Trinitas et vnitas sctā nostri semper eleyson.

Cunctipotens genitor deus oīm creator eleyson. Fōs et origo boni pie luxq; pēnis eleyson. Saluificet pietas tua nos bone rector el. Christe dei splēdor virtus patrisq; sophia el. Plasmatis humani factor lapsi reparator el. Ne tua dānet iesu factura benigne el. Amborꝝ sacrū spiramē nexus amorq; el. Procedēs fomes vite fons purificans vis el. Purgator culpe venie largitor optime. Offensas dele sacro nos munere reple. Spiritus alme el.

Conditor kyrie oīm ymas creaturarū el. Tu nr̄a delens crimina nobis incessanter eleyson. Ne sinas perire facturam tuā: sed clemēs ei el. Christe p̄ris vnice natus de virgine nobis el. Mūdū ꝑditū qui tuo sanguie saluasti de morte el. Ad te nūc clamātū p̄ces exaudias pius eleyson. Spiritus alme tua nos reple gratia. eleyson. A patre et nato qui manas iugiter nobis el. Trinitas sancta trina vnitas simul adoranda. Nostrorum scelerū vincula resolue redimens a morte. Oēs ꝓclamamus nūc voce dulciflua deus eleyson.

Orbis factor rex eterne eleyson. Pietatis fons imēse eleysō. Noxas oēs nostras pelle el. Christe qui lux es mūdi dator vite el. Arte lesos demonis ituere eleyson. Cōseruans te credendos confirmansq; el. Patrem tuū teq; flamen vtrorūq; el. Deū scimus vnū atq; trinū eē el. Clemēs nobis assis paraclite vt viuamꝰ in te eleyson.

¶ Sequuntur informationes et cautele obseruande p̄bro volēti diuina celebrare.

Prima cautela ē vt sacerdos missā celebraturꝰ cōsciētiā suā p purā cōfessionē optime ꝑparet: sacramentū vehementer desideret: ⁊ cōfiteri intēdat. Notulam de modo agēdi officiū memoriter et bene sciat. Gestus valde cōpositos ac deuotos habeat. Cū eni quilibet teneat deū diligere ex toto corde ex tota anima: ⁊ ex totis viribꝰ suis. Hic deū diligere nobis ꝓbatur qui in mēsa altaris vbi rex regū ⁊ dn̄s omniū tractatur ⁊ sumit: ne irreligiosus/ indeuotus/ impudicus/ distractus/ vagus: aut desidiosus apparuerit. Attēdat igit vnusquisq; q̄ ad mēsaꝫ magnā sedeat. Cogitet qualit eū p̄parari oporteat. Sit cautꝰ et circūspectꝰ. Stet erectꝰ non iacēs in altari Cubitos iūgat lateribꝰ. Manꝰ exaltet: vt extremitates digitorꝝ modicū sup humeros videant. Intellectū signis ⁊ verbis coaptet: qm̄ magna latent in signis: maiora in verbis: maxima in intētōne. Tres digitos iūgat qbꝰ signa faciat: reliquos duos in manu ꝯponat. Signa faciat directe nō oblique: alte satis/ ne calicē euertat. Nō circulos ꝑ crucibꝰ. Cū vo iclinādū erit nō oblique sed directe āte altare toto curuatꝰ corpore se inclinet. Secūda ē vt nō putet: sed certo sciat se debitas materias hēre: hoc ē panē triticeū/ ⁊ vinū cū aqua modica. De vino et aqua poterit sic certificari. Exigat a ministro vt gustet tā vinū q̄ aquam. Ipse autēꝫ p̄sbiter gustare nō debet. Guttam fundat i manū digito terat ⁊ odoret: sic erit certior. Nō credat āpule signate nō colori qm̄ sepius fallūt. Videat calicē ne sit fractꝰ Cōsideret vinū: si ē acetosum nullo modo celebret. Si parū acetosū: dissimulet. Si nimis aquosūꝫ abstineat nisi sciat vinū aque p̄ualere. Et in omi casu si contingat dubitari: vel ꝑpter acedinē vel ꝑpt mixturā vel limpiditatē vtrū possit cōfici cōsulimꝰ abstinere: qr i hoc sacramēto nichil sub dubio ē agendū: vbi certissime est dicendum Hoc/ est/ eni/ corpꝰ/ meū: et Hic est eni calix/ sanguinis mei. ¶ Item oblaturꝰ cōueniētes eligat: ⁊ vinū cōpetenter ifundat: quia hoc sacramētum debet sensibus deseruire ad videndū/ tangēdū et gustandū: vt sensꝰ reficiat ex specie ⁊ intellectus ex re cōtenta foueatur. Aqua etiā in paruissima quātitate ifundat: vt a vino absorbeat ⁊ saporē vini recipiat. Nō est eni periculū quātumcūq; modicū apponit de aqua: est aūt periculū si multū. Apponit etiā aqua solū ad significandū. Sed vna gutta tantū significat quantū mille. Ideo caueat sacerdos ne cum impetu infundat ne nimis cadat. Tertia est vt canonē morosius legat q̄ cetera. Et precipue ab illo loco. Qui pridie q̄ pateretur. Tunc enim respirās attēde-

re debet ⁊ se totum colligere si prius nō po
tuit singulis verbis intēdens. Et dū dixe-
rit: accipite ⁊ mādųcate ex hoc omēs. respi
ret ⁊ vno spū tractim dicat. Hoc est eni cor
pus meū. sic nō immiscet se alia cogitatio.
Nō eni videt esse rationabile discontinua
re formā tam arduā tam efficacē cuiꝰ tota
virtus depēdet ab vltimo verbo: scꝫ meū
qđ in ꝑsona xpi dr. Unde nō debet cuilibꝫ
verbo punctus imponi. Cū id nulla ratio-
ne valeat vt dicatur. Hoc ē eni corpꝰ meū.
Sed totū simul proferat. Pari modo hoc
idē in forma consecrationis sanguinis ob-
seruetur. Item ꝓferēdo verba cōsecratio
nis circa quālibet materiā sacerdos semꝑ
intendat conficere id qđ christꝰ instituit: et
ecclesia facit. Quarta est: vt si plures hosti
as habet cōsecrare: debet harū vnā eleuare
quā sibi deputauerat a pricipio ad missaꝫ:
et teneat illā penes alias: ita ꝙ visum ⁊ in
tentionem ad oēs simul dirigat. Et signā
do et dicendo. Hoc est eim corpus meū. oēs
cogitet quas demōstrat. Cōsulimꝰ quoqꝫ
vt canonē presbyter memoriter sciat: quia
deuotius dicitur: semꝑ tamē liber habeat:
vt ad ipm memoriter recurrat. Quinta ē
vt dū sumat nūꝙ vno haustu calicē sumat
ne ꝓpter impetum tussis inopinate occur
rat: sed bis vel ter caute sumat: vt impedi-
mentū non habeat. Si vero plures hosti-
as dꝫ sumere: vt qn̄ hostia est renouanda:
primo sumat eam quā confecit et sangui-
nem. Post hec alias que supsūt suā prius
sumat ꝙ alias: quia de suis credit et scit: de
aliis credit et nescit. Demū desuꝑ ablutio
nes et nō prius. Sexta est vt paucorū no-
minibꝰ se astringat in canone nec ꝑpetuo:
sed ꝙdiu velit faciat qn̄ velit omittat: quia
canon de multitudine nominū prolixatur
et ꝑ hoc cogitatio distrahit. Dignū tn̄ ē: vt
pater/ mat/ frat/ ⁊ soror/ ibi nolent. Et si q̄
pro tp̄e cōmendant: ⁊ specialiter pro q̄bus
missa celebratur. Nō tamē ibi fiat vocalis
expressio: sed mētalis. Septima est: vt an
te missam nō os vel dentes lauet: sed tm̄ la
bia exterius ore clauso si indiget. Ne forte
aque gustum cū saliua imittat. Post mis
sam etiam caueat excreationes quantum
potest: donec comederit et biberit: ne forte
aliquid inter dentes remanserit aut in fau
cibus: quod excreādo eiiceret. Quāuis au
tem missa deuotissime sit celebranda cōtē
plationis causa: est tamen modus haben-
dus ne protractione nimia vel acceleratio
ne fiat homo notabilis. Nam acceleratio
signū est incurie. Protractio ē occasio de-
tractionis. Sed medio tutissimus ibi. Eo
autē affectu est q̄libet missa habēda ⁊ dicē-
da a quocūqꝫ sacerdote: quasi prima dicat
et nūꝙ amplius sit dicēda: tam magnū ei
donū semꝑ debet esse nouū. Habeat itaqꝫ
sacerdos diligentiā ad cōficiendū. Reuerē
tiam ad tangēdū. Et deuotionē ad sumē-
dum. Sic sentiēdo ⁊ agendo digne tracta
bitur sacramentū: rite peragetur officium
atqꝫ pericula et scādala euitabunt. Item
in collectis dicēdis semꝑ impar numerus
obseruet. Una propter vnitatem deitatis.
Tres ꝓpter trinitatē ꝑsonaꝝ. Quiqꝫ pro-
pter quiqꝫ partitam passionē xpi Septem
propter septiformē gratiā spūs scī. Septe
nariū numerū excedere nō licet. Itē quā-
docūqꝫ oratio dirigit solū ad patrē in fine
dicatur. Per dominū nr̄m iesum. Si vero
dirigat ad patrē ⁊ mentio sit filii in ipsa in
fine dicat. Per eundē dn̄m nostrū iesum
christū. Si autē orō dirigit solū ad filiū: in
fine dicat Qui cū deo patre et spū sancto.
Et si mentio spūssancti in quacūqꝫ oratio-
ne fiat: in fine dicatur eiusdem spūssancti
deus. Per omnia secula seculorum. Amē.

¶ Incipiūt cautele seruāde quid agendū
sit circa defectus/ vel casus qui oriri possūt
in missa: ⁊ presertim circa consecrationeꝫ
eucharistie. Primo quid sit agēdum cum
sacerdos deficit. Si sacerdos deficiat siue
moriatur ante canonē/ nō est necesse vt ali
us missā ꝯpleat. Si aūt alius vult celebra
re: debet ab initio missā reincipere: ⁊ totuꝫ
rite ꝑagere. Si aūt in canōe deficiat fact
tn̄ aliquibus signis: tn̄ ante trāssubstanti-
ationem ⁊ consecrationē sacramenti: tunc
alius sacerdos ab illo loco vbi ille dimisit
debet reincipe: et tātū illud supplere qđ o-
missū est. Si aūt sacerdos in actu consecra
tionis deficiat verbis aliquibus iā in par-
te prolatis: sed in toto non cōpletis scđm i-
nocētiū: aliꝰ sacerdos debet incipere ab illo

loco. Qui pridie: Si tñ sacerdos deficiat cõsecrato corpe sed non sanguine: alius sacerdos cõpleat cõsecrationẽ sanguinis incipiens ab illo loco Simili modo. Si cõsecrato corpore pcipiat vinũ nõ esse in calice debet hostia mũde reponi in corporali ꝛ calice rite pparato incipiat ab illo loco Simili mõ. Si ante cõsecrationem sanguinis percipiat aquã nõ esse in calice: debet stati apponere ꝛ cõficere. Si aũt post cõsecrationẽ sanguinis percipiat ꝙ aqua desit in calice debet nichilominꝰ procedere nec debet miscere aquã cũ sanguine: qꝛ pro parte sequeretur corruptio sacramẽti: debet tamẽ sacerdos dolere et puniri. Si post cõsecrationẽ sanguinis percipiat ꝙ vinũ non fuerit positũ: sed aqua tantũ in calice: siquidẽ hoc pcipit ante sumptionẽ corporis debet aquã deponere et imponere vinũ cũ aqua et resumere cõsecrationẽ sanguinis ab illo loco Simili modo. Si percipiat hoc post sumptionẽ corporis debet apponere de nouo aliã hostiã iterũ cũ sanguine consecrandam: scd̃m doctores in sacra pagina debet aũt resumere verba consecrationis ab illo loco Qui pridie. I fine autẽ iterũ dꝫ sumere hostiã illã vltimo cõsecratã: nõ obstante si prius sumpsit aquã ꝛ etiã illũ sanguinem Innocẽtius tamẽ dicit ꝙ si ex plõgatiõe sacerdos timet scandalũ ꝙ sufficiũt tantũ illa verba p que cõsecratur sanguis scꝫ Simili modo. et sic sumere sanguinẽ. Quid aũt faciet cũ aquã sũpto corpore iã habet in ore ꝛ iã primo sentit ꝙ sit aqua: vtrũ debeat deglutire vel emittere. Require i summa hostiensis i titu. de cele. misse. Tutius tamẽ est eam deglutire ꝙ̃ emittere: et hoc ideo ne aliqua particula corporis cũ aqua exeat. Item si sacerdos post cõsecrationeꝫ recordet se nõ esse ieiunũ vel cõmisisse aliquod peccatũ vel eẽ excõicatũ debet nichilominus procedere cũ ꝓposito satisfaciendi et absolutionẽ impetrandi. Si autẽ ante consecrationem recordetur predictoruꝫ tutius est missam inceptam deserere: ꝛ absolutionẽ petere: nisi inde graue scandaluꝫ oriatur. Item si musca vel aranea vel aliquid taliũ ante consecrationem i calicẽ ceciderit: vel etiam venenũ imissuꝫ fore deprehenderit: vinũ debet effundi qđ est in calice et abluto calice aliđ vinũ cũ aqua poni ad cõsecrandũ. Sed si aliquod horuꝫ post cõsecrationẽ acciderit debet musca vl' aranea vel aliquid taliũ caute capi et diligenter inter digitos pluries lauari: et vermis cõburi: ꝛ ablutio cũ cineribus combustis in sacrario reponi. Venenũ autẽ nullo modo debet sumi: sꝫ cũ reliquiis dꝫ sãguis talis cui venenũ est imissũ in vasculo mũdo cõseruari. Et ne sacramentũ maneat iperfectum: debet calicẽ denuo rite prepara re et resumere consecrationem sanguinis ab isto loco. Simili modo. Et nota ꝙ secũdũ doctores nichil abominabile sumi debet occasione huius sacramenti. Item si sacerdos nõ recolit se dixisse aliquod horũ que debuit dicere: non debet mẽte turbari: nõ enĩ qui multa dicit semp recolit ꝙ̃ dixit Etiã si sibi p certo cõstat ꝙ aliqua obmiserit si talia nõ sunt de necessitate sacramẽti sicut sunt secrete vel aliqua verba canonis vltra pcedat nec aliqđ resumat. Si tamẽ probabiliter sibi cõstat ꝙ obmisit aliquid quod sit de necessitate sacramẽti: sicut forma verborũ p quã cõsecratur: oĩa verba cõsecrationis sup suã materiã resumere debet: qꝛ cõsecratio facta nõ esset: quod tamẽ nõ oportet si pretermissa esset. Cõiunctio enĩ vel alia vba que precedũt vel sequũtur formã non sunt de ipsius substantia. Si autẽ sacerdos dubitaret an aliqđ verbum pertinens ad substantiã forme obmisisset vel non nullatenꝰ debet seruare formã cõditionalẽ: sed sine temeraria assertione formã totã sup suam propriã materiã debet resumere cũ hac intẽtione ꝙ si consecratio esset facta nullomodo voluisset cõsecrasse: sed si consecratio nõ esset facta vellet corpꝰ et sanguinẽ consecrare. Item si q̃s tẽpore cõsecrationis ab actuali itentione ꝛ deuotione distractus fuerit: nichilominꝰ consecrat dummodo intentio habitualis in eo remanserit summo sacerdote scꝫ xp̃o supplente eius defectũ. Si autẽ per nimiã distractionẽ habitualis intentio cũ actuali tolleret videtur ꝙ deberet verba consecrationis cũ actuali itẽtiõe resumere: sic tamẽ ꝙ nollet cõsecrare si consecratio facta esset.

Item si hostia cōsecrata pp̄ter frigus vel alia de causa labitur sacerdoti i calicē / siue ante diuisionē hostie siue post: nō dz eā de sanguine extrahere: nec aliquid pp̄ter hoc reiterare vel imutare circa celebrationem sacramenti: sed pcedat in signis et in aliis ac si haberet eam in manib9. Si eucharistia ad terram ceciderit: locus vbi iacuit radat: et incineret p ignē: & cinis iuxta altare recōdat. Item si p negligentiam aliquid de sanguine stillauerit sup tabulam q̄ terre adheret stilla / per sacerdotem cū lingua labat: et locus tabule radat: et rasura igni cōburat: & cinis iuxta altare cū reliquiis recondat: & quadragita diebus peniteat cui hoc accidit. Si vero sup altare stillauerit calix: sorbeatur stilla: et tribus diebus peniteat. Si vero sup lintheū: et ad aliud stilla puenerit: quattuor dieb9 peniteat. Si vsq ad tertiū: nouē dieb9 peniteat. Si vsq ad quartum stilla sanguinis puenerit viginti diebus peniteat: & lintheamina q̄ stilla tetigerit tribus vicib9 lauet sacerdos vel dyaconus calice supposito: et ablutio cū reliquiis recōdatur. Item si quis aliquo casu gule eucharistiam euomuerit: vomit9 ille debet incinerari: et cineres iuxta altare debent recondi. Et si fuerit clericus / monachus / presbyter / vel dyaconus. xl. dieb9 peniteat: episcopus. lxx. laicus. xxx. Si vo ex infirmitate euomuerit: quinq diebus peniteat. Qui vero non bene custodit sacramentū: ita q mus vel aliud aīal comederit. xl. diebus peniteat. Qui autem pdiderit illud: vel pars eius ceciderit: et nō fuerit inuenta. xxx. diebus peniteat. Eadē penitentia videtur dignus sacerdos per cuius negligentiam putrescunt hostie consecrate. Dictis autē diebus penitens dz ieiunare et a cōmunione et a celebratiōe abstinere. Pēsis tamē circūstantiis delicti & psone: potest minui vl augeri penitētia pdicta secūdū arbitriū discreti cōfessoris. Hoc tamen tenendū est q vbicunq inueniūtur species sacramenti integre: reuerenter sumende sunt: quod si sine periculo fieri nō potest sunt tamen p reliquiis reseruande. Item si hostia vel pars hostie inuēta fuerit sub palla vel corporali: et dubitat si est consecrata vel nō: debet eā post sūptionē sanguinis reuerenter sumere vt in titu. de cele. misse plenius inuenies. Itē circa materiā sāguinis vide ne sit agresta vel vinū ita debile q nullo modo habeat speciē vini. Ne sit aqua rubea expressa de pāno tīcto in vino rubeo. Ne sit acetum vel vinū oīno corruptū. ne sit claretum vel vinū de moris aut malogranatis cōfectum: quia verā speciē vini nō retinet. Conficiēs cū vino qd est in via corruptionis vel ad corruptionem: grauissime peccat licet conficiat qm non retinet speciem vini. Item cauendum est ne apponatur nisi modicū de aqua: quia si tantū poneretur q speciē vini tolleret: non conficeretur. Item si qua hic desunt: requirantur in sūma & i lectura hosti. in titu. de cele. missar.

¶ Finis.

¶ Inuentorium eorum que in hoc missale continentur. dominicarum / videlicet & festiuitatum sanctorum: atq aliorum officiorum secundum vsum ecclesie Saru. Et primo dominicarum.

Feria quinta post trinitatem

¶ Tabula festiuitatũ sctõr scdm ordinē mensiũ. Et primo in Januario.

Visitatio beate marie
Processi et martiniani.
Translatio sancti martini
Translatio sancti thome
Festum reliquiarum
Sanctorum septem fratrum
Translatio sancti benedicti abbatis
Translatio sancti swithini
Translatio sancti osmūdi
Kenelmi regis
Arnulphi episcopi
Margarete virginis
Marie magdalene
Apollinaris martyris
Jacobi apostoli
Anne matris marie
Septem dormientium
Panthaleonis martyris
Abdon et sennes.
Felicis et simplicii.
Germani episcopi

Augustus.

Ad vincula petri
Stephani pape
Inuentio sci stephani pthomartyr.
Oswaldi regis.
Transfiguratio domini
Festum nois iesu
Sixti et felicissimi
Donati episcopi
Ciriaci et sociorum.
Laurentii martyris
Tiburtii martyris.
Hypoliti martyris
Assumptio beate marie
Bartholomei apostoli
Ruffi martyris.
Augustini episcopi
Sabine virginis
Decollatio sancti iohannis bapti.
Felicis et adaucti
Cuthberge virginis.

September.

Egidii abbatis
Translatio sancti cuthberti
Bertini abbatis
Natiuitas beate marie
Exaltatio sancte crucis
Edithe virginis.
Lamberti episcopi
Matthei apostoli
Mauricii et sociorum
Firmini episcopi et martyris
Cosme et damiani
Michaelis archangeli
Hieronymi presbyteri

October.

Remigii et vedasti
Leodegarii episcopi
Fidis virginis.
Marci et marcelliani
Dionysii et sociorum.
Gereonis et sociorum
Nicasii episcopi
Translatio sancti edwardi regis
Calixti pape
Wulfranni episcopi
Michaelis in monte tumba
Luce euangeliste
Undecim miliū virginum
Romani episcopi
Crispini et crispiniani
Symonis et iude.

Nouember.

Omnium sanctorum
Cōmemoratio animarum
Eustachii martyris
Wenefrede virginis
Leonardi abbatis
Quattuor coronatorum
Theodori martyris
Martini episcopi
Brictii episcopi
Machuti episcopi
Edmundi archiepiscopi.
Hugonis episcopi.
Edmundi regis
Cecilie virginis.
Clementis pape
Grisogoni martyris
Katherine virginis
Lini pape
Andree apostoli

December

Nicolai episcopi
Conceptio beate marie.
Lucie virginis.
Thome apostoli.

¶ Tabula de cōmuni sanctorum.

¶ Tabula cōmemorationū ordinata secundum numerū sequentem cōmune.

¶ Finis tabule.

Signum. I. 2-2. 1 p.

Sumpsimus.
partis primae.
15
38—2
partis secundae.
8.
9—2
29
partis tertiae.
3
6
9
15
16
18—2
20
23—2
31—2
35
38—2
42
44
44—2
47—2
49—2
52.
54
55—2
partis quartae.
1
2
4—2
15—2
23—2
25—2
32—2
33
33—2

Forma Absolutionis—fol. 22. & 52. pt. 1.

Sequentiae
fol. 2. pt. 2. —fol. 35
—4. pt. 2 —38
—13 pt. 2 —42
17 pt. 2

Collectae Kalentae.
partis primae.
1. 5—2 6. 7. 10. 11. 13—2 15. 15—2 16—2 17. 17—2 18. 19. 25. 27—2 28—2 32. 32—2 36—2 37—2 38—2 45 51. 56.
Secundae partis
1. 7. 8. 8—2 9—2 12. 16 17—2 18 18—2 19. 19—2 20. 20—2 21. 21—2 22. 22—2 23. 23—2 24. 25 25—2 26. 26—2 27. 27—2 28 28—2 29—2
partis tertiae
2—2 12 12—2 17. 18 & 39.
partis quartae
23—2 24—2 19. 25—2 26 27. 28—2 30—2 34

Sermones
fol. 20 pt.
fol. 9. 2 pt.

Veni Creator
fol. 33. 2 pt.

Cantica
partis primae
58.
partis secundae
34—2.
36.
38
39.
partis tertiae.
4.
12.

Jehan du pre

¶ In alma universitate Parisiensi finis impositus est huic missali: arte successorum magistri Johannis de prato eiusdem universitatis librarii iurati.

Septem Psalmi Paenitentiales. 20—2

Ad pedem Altaris
Ps. 43.
Confiteor
Aufer a nobis
Ad altare
Introitus
Kyrie eleison
Gloria in excelsis
Collecta
Epistola
Gra[duale] vel Sequentia
Dominus sit in corde
Evangelium
Credo
Offertorium
Offerens panem orat
Commiscens vinum orat
Offerens vinum orat
In spiritu humilitatis
Benedicat panem

Ad angulum altaris
Lavat manus & dicat Ps. 25. v. 6.
Ad mediu[m] suscipe sancta
Orate fratres
Secreta.
Sursum corda & Praefationes
Canon.
Haec sacrosancta commixtura
Agnus Dei
Orat pro pace Domine Jesu corporis &c.
Utramque speciem recipit
Quod ore
Communio
Postcommunio
Ite missa est
Placeat tibi
Benedictio
Evangelium Johannis